


C. Mauriti<sup>i</sup> Fleischeri



DE SOCRATIS QUAM DICUNT ATOPIA  
SYNTAGMA.

---

EMBRICAE, TYPIS ROMENII.  
MDCCCLV.

9KL  
4.  
(1855)



Oλος οὐτοσὶ γέγονε τὴν ἀτοπίαν ἀνθρωπος, καὶ αὐτὸς καὶ  
οἱ λόγοι αὐτού, οὐδὲ ἐγγὺς ἀν εἰροι τις ζητῶν, οὔτε τῶν νῦν  
οὔτε τῶν παλαιῶν.

*Plat. Conv. p. 221. D.*



Socratem cum Platonis Lysidem audisset recitari Diogenes Laertius III. p. 207 (ed. Casaub.) dixisse narrat: Ἡράκλεις, ως πολλά μον κατεψεύδει ὁ νεανίσκος! additque: οὐκ δὲ λίγα γάρ, ὅν τον εὑρηκε Σωκράτης, γέγραφεν ἀνήρ. His similia tradit scriptor vitae Platonice anonymous<sup>1)</sup> p. 13: τὸν Λέσιν διάλογον — —, φένετυχε καὶ ὁ Σωκράτης, ἐφη τοῖς ἑταῖροις αὐτοῦ, οὗτος ὁ νεανίας ἄγει με δηπη θέλει καὶ ἐφ' δοσον θέλει καὶ πρὸς οὓς θέλει. Nec deest exagitator Platonis Athenaeus, qui XI p. 507. C. haec narrat: Σωκράτης ἐνόπιον ἔφησεν ἐωρακέγαμη πλειόνων παρόντων. Δοκεῖν γάρ, ἐφη, τὸν Πλάτωνα πορφύρη γενόμενον ἐπὶ τὴν κεφαλὴν μον ἀναπηδήσαντα, τὸ φαλακρὸν μον κατασκαριφᾶν, καὶ κρατεῖν περιβλέποντα. Δοκ οὖν σε, φέ Πλάτων, πολλὰ κατὰ τῆς ἐμῆς ψεύδεσθαι κεφαλῆς, atque rectissime conjectasse Socratem affirmat<sup>2)</sup>). Haec quamvis levium auctorum testimonia, modo recte interpretetur, ne nos quidem est cur improbemus, atque si quaerimus, recentioris aetatis quid viri docti de fide Platoni habenda statuant, sic fere hodie constare videmus, Platonem rerum Socraticarum haud illum quidem spernendum esse testem<sup>3)</sup>, at doctrinam Socratis cum cognoscere velis, prodesse non posse nisi admodum circumspectum iudicium adhibenti<sup>4)</sup>; apud Xenophontem contra praeceptorum Socraticorum adumbrationem haberī multo veriorem et incorruptiorem<sup>5)</sup>). Nec mirum: ut enim Xenophon id duntaxat sibi propositum habebat, ut Socrates qui fuisse quaeque sensisset,

<sup>1)</sup> V. Tyehsenii antiq. lit. et art. biblioth. V.

<sup>2)</sup> Eodem pertinet Athen. XI, p. 505. D.: Ἀλλοι δέ φασιν ὡς ἀναγροὺς οἱ Γοργίας τὸν Πλάτωνος διάλογον πρὸς τοὺς παρόντας εἶπεν, διτὶ οὐδὲν τούτων οὔτε εἶπεν οὔτε ἤκουσε· ταῦτα φασὶ καὶ Φαιδρων εἰπεῖν ἀναγγόντα τὸν περὶ μνημῆς.

<sup>3)</sup> C. Fr. Hermanni hist. et syst. phil. Platon. I. p. 569. not. 80.

<sup>4)</sup> cf. Hermann, I. I. p. 249: „Plato und Aristoteles, bei welchen es oft nur zu schwer ist, den geschichtlichen Socrates von dem typisch gewordenen zu unterscheiden.“ Cic. de rep. I, 10: Itaque cum Socratem unice dilexisset eique omnia tribuere voluisse, leporem Socraticum subtilitatemque sermonis cum obscuritate Pythagorae et cum illa plurimarum artium gravitate contexuit. — Groen van Prinsterer prosopogr. Platon. p. 50: huius voce Plato locutus est et ea locutus, quae credibile est Socratem non disseruisse.

<sup>b)</sup> cf. Hegelii hist. philosophiae II, p. 81: „Xenophon hat ihn uns viel genauer und getreuer geschildert, als Plato.“ Xenophontis in exponenda Socratis philosophia praestantiae, postquam in dubitationem vocavit Schleiermacherus (opp. III, 2, 293 sqq.), quem alii secuti sunt, vindicexstitit, ut mihi quidem videtur, luculentissimus C. Fr. Hermannus I. I. p. 249 sqq. cf. Zeller, hist. phil. Graec. II, p. 12 sqq. Weiskii prolegg. ad Xen. Mem. p. 226: religiosior multo videtur Xenophoni esse Socratis interpres quam Plato et hactenus eum Platoni multum antepono.

dictasset, factitasset exponens quam iniusta fuisse damnatio eius demonstraret, ita Plato sui ipsius ingenii potissimum flores fructusque volebat exprimere, quod cum sermonum forma facere indoli suae aptissimum videretur, neminem, cuius ore et auctoritate uteretur, habebat Socrate meliorrem, quo duce et ipse Socratica scientia imbutus et ad nova altioraque incitatus et mira illa disputandi sollertia institutus esset. Inde factum est, ut, cum Socratis persona tanquam fons et principium esse videretur, ex quo variae illae et diversae et in omnem partem diffusae disputationes manarent, tamen ea, quae eius ori tribuuntur, longe maximam partem Platonis essent magistrique scientiam haud paullo transgredenterunt<sup>6)</sup>. At mirum quantum erraverit, qui sermonis tantum instituendi causa illo usum esse Platonem existimet. Illud enim quis non viderit, non solum diuissimum ei visum esse Socratem, cuius ore optimi quique ingenii sui flores emitterentur, sed voluisse etiam gratissimum discipulum tanti viri, cui tantum debuit, ingenium moresque scriptis suis immortalitati tradere monumentumque ei condere aere perennius. Quod ita perfectum ut vividissimis eum coloribus depingeret et imaginem eius ad tantam evidentiam exprimeret, ut spirantem Socratem oculis nostris videre auribusque audire nobis videamus idque tanta arte, ut nemo rerum in Platonis libris scriptarum tam studiosus esse possit, quin idem cum forma, apparatu scenico, personis, tum imprimis ipsius Socratis imagine summopere delectetur. Cum autem talis imaginis quamvis eleganter venusteque descriptae ac limatae, si veritate careat, auctoritas et vis non possit non comminui, quaesiverit quispam Platonicus ille Socrates, cuius philosophiam magis Platonicam quam Socraticam esse concessimus, num persona sua h. e. natura, moribus, institutionis, consuetudinibus, propria dicendi et argumentandi genere, forma, habitu, cultu ad fidem historicam effictus sit, necne. Si historiam quaeris, nego, si fidem, ita contendo, ut nihil fieri possit fidelius. Recte enim Aristoteles de poët. I.<sup>7)</sup> dialogos Socratics — scripserant autem praeter Platonem et Xenophontem multi cum aliis, tum discipuli Socratis<sup>8)</sup> — comparat cum

<sup>6)</sup> Atque de hac re, qui Platonem paullo attentius legent, non observare non poterunt, in prioris temporis dialogis, velut Protagora, Charmide, Lachete, Euthyphrone, aliis, quo magis Socratis persona prominent primasque agere videatur, eo minus Platonis doctrinam differre a Socratica ita, ut Platonica nullo modo abhorreat a Xenophontis, in posterioribus quo magis sui iuris fiat Plato suaque ipsius inventa proferat, eo magis recedere personam Socratis. Id cum in plurimis post mortem Socratis scriptis dialogis, tum primum appareat in Apologia et Theaeteto; in Philebo leviter tantum adumbrata est figura Socratis, in Sophista, Timaeo, Critia plane recedit. Vide de hac dialogorum varietate quae subtiliter scripsit Steinhartus in prolegg. ad Theaetet. p. 24 sq. p. 28. ad Sophist. p. 427. ad Phaedr. p. 56. ad Phileb. p. 605.

<sup>7)</sup> Οὐδὲν γάρ ἀν ἔχομεν διομάσαι κοινὸν τοὺς Σώφρονος καὶ Ξενάρχου μίμοντος καὶ τοὺς Σωκρατικοὺς λόγους, — etc. Cf. eund. de poëtis ap. Athen. XI, p. 505. C. ibique Schweigh. annot.

<sup>8)</sup> Alios quoque scripsisse dialogos Socratics, testatur Xenophon Mem. IV, 3, 2: "Ἄλλοι μὲν οὖν αὐτῷ πρὸς ἄλλους οὔτως ὅμιλοιντι παραγενόμενοι διηγοῦντο, ἐγὼ δὲ — — etc. Diogenes Laert. autem tradit II, vit. Aeschin. p. 130 C. (Casaub.): Panaetium omnium Socratiscorum veros existimasse dialogos Platonis, Xenophontis, Antisthenis, Aeschinis, de Phaedonis et Euclidis dubitasse, ceteros damnasse. cf. de Alexamene Teio, qui ante Platonem λόγους Σωκρατικούς conscripserit, Aristotelis ap. Athen. XI, p. 505. C. ibique quae annot. Schweigh. cf. Herm. I. I. p. 569. not. 79.

Sophronis et Xenarchi mīmis, id genus poēmatis, quae in quotidiana vita et veritate per iocorum facetiārumque involucra ad verum effingendis operam ponebant. Quin eodem iudicio Platonis dialogos complexus sit, non es<sup>t</sup> quod dubitemus. Est enim mirus in vita et rebus ad unguem imitandis artifex, quod iam Timon sillographus agnōvit in versu illo:

‘Ως ἀνέπλαττε Πλάτων πεπλασμένα θάνατα εἰδώς,

quem legimus apud Athenaeum XI, p. 505. F., qui et ipse Platonem μιμητικῶς scripsisse dicit<sup>9)</sup>. Habemus igitur in Platonis libris, si personam Socratis spectamus, veritatem vel historiam quam dicunt poēticam, cuius ut vis in eo posita est, ut partim vera reddat, partim ita conficta, ut vera evidentius efficta atque vitae imago videatur expressior, sic Platonem Socratis personam ita adumbrasse affirmo, ut tum vera traderet, tum ea, quae instar essent verorum. Quare quemadmodum eōrum iudicio accedere non dubitavi, qui Xenophontis librum puriorem fontem esse censeant ad cognoscendam Socratis philosophiam,<sup>10)</sup> eodem modo astipulor van Heusdij<sup>11)</sup>, qui personam ejus ad verissimam perspicuitatem elaboratam in Platone potissimum reperiri contendit. Idque compluribus mihi comprobari videtur argumentis. Platonem enim cum Socratis persona in sermonibus suis usum esse appareat neque ut dialogi solum adminiculum haberet, neque quo varietatibus orationem distingueret et legentibus velut diverticula amoena lenociniaque quaereret, sed ut cum philosophandi desiderio satisfaceret suo, simul viri in parentis loco dilecti cultique memoriam prosequeretur ac celebraret, facere non potuit homo et pientissimus et veracissimus, quin quantum posset talem informaret, qualem cum non in umbra scholae, sed in fori luce semper versatus esset, omnes cognitum haberent, multi — at quanti viri! — summopere admirarentur, iisdemque lineamentis adumbraret, quae, ut erant admodum singularia, per omnium ora ferrentur inque animis penitus insiderent; quod qui non fecisset, iustissimas in reprehensiones incurrisset omnium, qui non sicut nescio quem Socratem, sed verum adamaverant, praesertim cum non pauci essent alii, qui item Socraticis sermonibus conscribendis recordationem eius recolere animum induxissent. Quid? Xenophontis Socrates quomodo cum Platonico quamvis ad pleniorē et expressiōrem formam magisque ad scenicam evidentiam efficto atque excuso tam bene congruere posset<sup>12)</sup>, nisi Plato descripsisset religiosissime?<sup>13)</sup>

<sup>9)</sup> XI, p. 505. B.

<sup>10)</sup> Characterismi principum philosophorum veterum. p. 54 sqq.

<sup>11)</sup> cf. Zeller. I. I. II, p. 16 sqq.

<sup>12)</sup> Hacc religio cum in multis rebus tum in eo cernitur, quod quamquam multa Socratem disputare facit, quae eius rationem transcendent, tamen, ne ingenio institutisque eius repugnet, neque metaphysica vel dialectica per eum nisi ita profert, ut cum ethicis aliquo modo tanquam contexta videantur, et ubi nimium quantum disputatio a Socratica ratione abhorret, aliis suarum sententiarum utitur interpretibus. V. Steinhart. prolegg. ad Sophist. p. 427. cf. Groen van Prinsterer I. I. p. 51: at ipse Plato noluit persuadere subtiles rationes, quas in immortalitate animi, idearum natura aliisque abstrusis rebus et impeditis explicandis adhibuit, a Socratis ingenio fuisse profectas: verum cum notum esset sub Socratis persona proprias eum opiniones significare, nulla ratio fuit, cur in placitis ab eo non expositis, praesertim quorum veritatem suspicatus videretur, a consuetudine recedendum existimaret. Nec tamen

Quaeris, cur tam curiosus sim ad veritatem Platonis vindicandam? Quia de persona Socratis pauca commentaturus fundamentum quoddam circumspicio, quo firmiter insistere possim; idque cum maxime in Platonis libris videre mihi videor. Est autem illa persona res gravissimi momenti, quae, cum tam propria, tam singularis, tam praepotens sit, dici vix potest quantopere cum doctrinae praeceptorumque eius vi et effectu coniuncta sit<sup>13)</sup>. Ut enim omnino quae quis dicit magni interest quomodo dicat, sic Socratis figura ac species, habitus, mores, vivendi et dicendi modus, tot denique tam variae tamque mirabiles naturae proprietates non modo cum doctrina eius arctissime cohaerebant, sed mentes amicorum discipulorumque tanta-pere seriebant ac percellebant tamque quasi insculptae eorum animis erant, ut, si alterum ab altero sejungi posset, doctrina recte dubitares an persona in singulis hominibus plus potuisset. Quae cum ita sint, excusationem habebit, si, quod in plerisque aliis hominibus quamvis claris viximus operae pretium foret, de singularibus illis et mirabilibus — ἀροτρα Graeci vocant —, quae Socratis naturae propria sunt, pauca expono, in quibus attingendis iam veteres non tam curiosi fauissent, nisi in tanto viro omnia memoratu digna esse vidissent<sup>14)</sup>. Erant autem sane multa in illo, quae cum solito sentiendi agendique mori et consuetudini repugnare viderentur, singularem, admirabilem, ἀροτον dicerent<sup>15)</sup>. Atque ipse Plato tantum abest, eius rei ut oblitiscatur, ut

de rebus occultis Socrates inducitur ita disserens, ut non a coelestibus rebus avocet philosophiam et ad vitam communem adducat; deque virtutibus maxime et vitiis omni neque de bonis rebus ac malis quaerat, nihil affirmet ipse, refellat alios: nihil se scire dicat, nisi id ipsum, omnisque eius oratio in virtute laudanda et in omnibus hominibus ad virtutis studium cohortandis consumatur. Cic. Acad. I, 4.

<sup>13)</sup> Cf. Herm. I. I. p. 390: „Nicht ohne Absicht habe ich aufmerksam gemacht, wie Socrates ganze wissenschaftliche Bedeutung enger als die jedes andern Philosophen mit seiner Persönlichkeit zusammenhangt, und je voller und wahrer daher Plato diese aufgefasst hat, desto erklärlicher wird es, wie er in ihrer Vergegenwärtigung und Empfehlung seine erste philosophische Befriedigung finden konnte.“ Gerlach. stud. histor. Vol. I, p. 133: „Ein solcher Mann muss eine seltene Eigenthümlichkeit besessen haben, um seiner Schüler Herz und Geist zu fesseln. Daher wird zunächst die hohe Bedeutung von Socrates Persönlichkeit auch von dem strengsten Tadler nicht bezweifelt werden können.“ Hegel. I. I. II, p. 57: „Sein Leben und seine Philosophie sind aus Einem Stücke.“ Herm. I. I. p. 233: „Auch wäre es schwer zu erklären, wie Socrates Schüler so fest an seiner Persönlichkeit halten und eine Mittheilung seiner Lehren in gar keiner andern Form, als wie sie aus seinem Munde selbst hervorgegangen, wagen könnten, wenn dieselben nicht weit enger als bei irgend einem andern Philosophen mit der individuellen Erscheinung ihres Urhebers verknüpft gewesen wären und in dieser nicht blos das Organ ihrer Vermittlung, sondern auch ihren eigenthümlichen Grund und Boden gehabt hätten“ etc. — Plato et Aristoteles et omnis in diversum itura sapientum turba plus ex moribus quam ex verbis Socratis traxit. Seneca epist. 6. cf. Xenoph. Memor. IV, 1, init.

<sup>14)</sup> cf. Gerlach. I. I. I, p. 131: „Aber gerade, dass auch diese Aeusserungen seiner Sinnesart zur Kenntniss der Nachwelt gekommen sind, muss als ein redender Beweis angesehen werden, dass an diesem Manne auch das Kleinste bedeutsam erschien.“

<sup>15)</sup> „So tief Socrates einerseits im Volksgeiste wurzelte, so auffallend ist anderseits das Ungriechische und bis auf einem gewissen Grad Moderne seiner Erscheinung, jenes fremdartige Element, welches ihn seinen Zeitgenossen als einen schlechthin eigenthümlichen mit keinem andern vergleichbaren Menschen erscheinen liess, und das sie, um einen genügenden Ausdruck dafür verlegen, nur als die absolute Sonderbarkeit, die vollendete ἀροτρα zu beschreiben wissen.“ Zeller. I. I. II, p. 22.

identidem mentionem faciat. Huc pertinet imprimis locus ille Convivii p. 221. C. D.: Πολλὰ μὲν οὖν ἀν τις καὶ ἄλλα ἔχοι Σωκράτη ἐπαινέσαι καὶ θαυμάσια ἄλλὰ τῶν μὲν ἄλλων ἐπι-  
τηδενμάτων τάχ' ἀν τις καὶ περὶ ἄλλον τοιαῦτα εἴποι, τὸ δὲ μῆδεν ἀνθρώπων ὅμοιον είναι,  
μήτε τῶν παλαιῶν μήτε τῶν νῦν δυτῶν, τοῦτο δξιον παντὸς θαύματος. Οἶος γάρ Ἀχιλλεὺς  
ἔγενετο, ἀπεικάσειν ἀν τις καὶ Βρασίδαν καὶ ἄλλους, καὶ οἷος αὖ Περικλῆς, καὶ Νέοτορα  
καὶ Ἀντήνορα, εἰσὶ δὲ καὶ ἔτεροι καὶ τοὺς ἄλλους κατὰ ταῦτ' ἀν τις ἀπεικάζοι οἷος δὲ  
οὗτοι γέγονε τὴν ἀτοπίαν ἀνθρώπων, καὶ αὐτὸς καὶ οἱ λόγοι αὐτοῦ, οὐδὲ ἐγγὺς ἀν εὑροι  
τις ζητῶν, οὔτε τῶν νῦν οὔτε τῶν παλαιῶν, εἰ μὴ ἄφα εἰ οἵς ἐγὼ λέγω ἀπεικάζοι τις αὐτούς,  
ἀνθρώπων μὲν μηδενί, τοῖς δὲ Σειληνοῖς καὶ Σατύροις, αὐτὸν καὶ τοὺς λόγους. Adde Phaedr.  
p. 230. C.: Σὸν δέ γε, ἡ θαυμάσιε, ἀτοπώτατός τις φαίνεται. Et Theaetet. p. 149. A.: οἱ δὲ,  
ἅτε οὐκ εἰδότες, τοῦτο μὲν οὐ λέγοντες περὶ ἐμοῦ, ὅτι δὲ ἀτοπώτατός εἰμι καὶ ποιῶ τοὺς  
ἀνθρώπους ἀπορεῖν. Ἡ καὶ τοῦτο ἀκήρας; <sup>16)</sup>

Iam vero quae sunt ista ἀτοπα, quibus Socratis persona tam conspicua atque insignis fit? Zellerus, cuius liber, quem dixi, multa doce subtiliter eleganter disputata continent, II, p. 22. haec dicit: „Näher besteht diese Atopie, diese Unbegreiflichkeit für das griechische Bewusstsein, wie das Plato ausdrücklich sagt, in der Incongruenz der äussern Erscheinung und des innern Gehalts, eine Incongruenz, die sich im Gegensatz gegen das griechische plastische Ineinander beider Seiten theils als ein Zurückziehen des Geistes aus der Erscheinung, theils als ein gewaltsames Hervorbrechen desselben darstellt. Nach jener Beziehung hat die Erscheinung des Socrates etwas Prosaisches, ja Pedantisches und — man erlaube mir den Ausdruck — Philisterhaftes, das gegen die gesättigte Schönheit und künstlerisch gebildete Form des griechischen Lebens auffallend absticht; nach dieser giebt sie sich als die unmittelbare Offenbarung eines höhern Lebens, dessen Hervorquellen aus seinem Innern Socrates selbst nur als etwas Dämonisches zu betrachten wusste.“ Haec quantumvis sagaciter ingenioseque exposita videantur, tamen vereor, ne, cum rem ad formulam philosopham revocare et astringere cuperet, non pauca praetermisserit, quae non licet praetermitti, et daemonii vim ita descripserit, ut neque naturae ejus, neque iis, quae ipse postea de ea re rectissime disputavit, consentaneum fuit. Sed de daemonio postea viderimus; non recte autem ridicula sola, quemadmodum fere facit Zellerus, in atopis illis recenseri ipse Plato arguit, quippe qui II. II. etsi non omnia neque complectitur neque vult complecti, eodem delenimenta et ingenii et orationis, artem amatoriam, obstetriciam, alia referat <sup>17)</sup>). Latius igitur patet atopia Socratis in

<sup>16)</sup> cf. Plat. Conviv. p. 215. A.: οὐ γάρ τι ράδιον τὴν σὴν ἀτοπίαν ὡδ' ἔχοντι εὐπόρως καὶ ἐφεξῆς καταριθμῆσαι. ibid. p. 213. E.: Θαυμαστὴ κεφαλή. Apol. Socr. p. 34 extr.: ἀλλ' οὐν δεδογμένον γέ ἐστι τὸν Σωκράτη διαφέρειν τινὶ τῶν πολλῶν ἀνθρώπων. ibid. p. 31. B.: οὐ γάρ ἀνθρώπων γέ ιστι τὸ ἐμὲ τῶν μὲν ἐμαντοῦ ἀπάντων ἡμεληκέναι etc.

<sup>17)</sup> V. Steinhart., qui in prolegg. ad Conviv. p. 258 sq. ἀτοπα ea recenset, quorum quidem in Convivio fit mentio. Sed is quoque rem in nimis angustam formulam compulisse videtur, quam scriberet: „das seltsame ungewöhnliche Wesen des Socrates — dies ist eben jener Gegensatz des Innern und Äussern, durch den derselbe als ein wahrer Mensch und zugleich als ein Mann von gewaltiger Geisteskraft erscheint.“

eoque omnia referenda esse puto, quae cum vel a communi hominum consuetudine vel a sensu more ratione Graecorum vel ab ipsius Socratis ingenio universo notabilem in modum discrepare viderentur, animos hominum quodammodo feriebant atque vel risum vel admirationem excitabant. Quae autem postremo loco posui, in Socrate ipso inter se pugnantia, ea nolo ad nostrae aetatis acumen revocata. Nos enim, quae sunt doctrinae et sagacitatis historiae incrementa, non pauca in illo deprehendimus, quae quamquam magnopere inter se dissidere videntur, tamen sub aequalium Socratis iudicium cadere non potuerint, quod talis inconstantia cum omniis humanitatis tum aetatis illius erat propria. Ita fugere nos non potest, Socratem sophistarum insectatorem impigerrimum ipsum aliqua ex parte fuisse sophistam, eundem hominem religiosissimum infestum fuisse religioni atque reipublicae legumque defensorem earumdem exstissem adversarium<sup>18)</sup>). At talia mirari nemo potest, nisi qui in eo homine, qui Graecus certaeque aetati ascriptus et eius erroribus sentiendique inconstantiae obnoxius erat, perfectissimum humanitatis quoddam specimen intueri sibi videtur<sup>19)</sup>).

Sed quae in atopis universe referenda quoque scriptore potissimum duce perséquenda esse putarem satis dixisse videor. Sequitur, ut de singulis quibusque exponam.

Atque primum quidem de specie et forma Socratis dicam. Constat enim forma quantum momentum habuerit apud Graecos quantumque valuerit in omni sentiendi vivendique ratione. Qui quum ad pulchritudinem artemque facti animum et corpus pariter pulchritudine temperatum vellent idque efficere et gymnastica et musica disciplina summopere studerent<sup>20)</sup>), utriusque generis pulchritudinem tanta

<sup>18)</sup> Ne quis paradoxa me loqui existimet, pauca ad firmanda haec subiicio. Ac nolo ad sophisticam Socratis rationem probandam locos proferre Platonicos sat multos, in quibus sophisticis artificiis utens inducitur, Sufficiat reiicere praeter ceteros ad Hermanni disputationem I. l. p. 225 sq. (cf. Rötscher Aristoph. u. s. Zeitalt. p. 388), quam Gerlachii reclamatio I. l. p. 128 infirmare nullo modo potest.

De pietate erga deos si quaeris, consule Xenophontis Mem. I, 1, 64, 11. I, 1, 19. 20. II, 6, 8. IV, 3, 12. IV, 3, 15 sqq. IV, 7, 10. Anab. III, 1, 5. Apol. quae dicitur Xenophontis §. 11—13. Steinhart, prolegg. ad Phileb. p. 605. prol. ad Phaedr. p. 53 sq. cf. Plat. de rep. III, p. 406 sq. — Impium fuisse asseveravit Forchhammer.: d. Athener und Socrates, p. 3 sqq. non additis argumentis. At vide quae subtiliter de ea re exposuerit Hegel. I. l. II, p. 120 sq., et Zeller. II, p. 94 sq. cf. Steinhart, prolegg. ad Apol. p. 243 sq. ad Criton. p. 291 sq.

De Socrate civitatis legumque defensore vide Plat. Critonem, Plut. adv. Colot. 34. Plat. Phaedr. p. 98. E., Xen. Mem. IV, 4, 12. IV, 6, 6. I, 1, 18 sq. II, 31 sq. IV, 4, 2. Steinhart, prol. ad Criton, p. 298 sq.; de eodem iisdem infesto cf. Plat. Apol. p. 31. C. et Steinhart, prol. ad Apol. p. 291 sq. Xen. Mem. I, 2, 9. Hegel. II, 113 sq. Hinc severum illud Catonis iudicium: Plut. Cat. Mai. 23: Σωκράτη φησὶν ὁ Κάτων λάλον καὶ βίαιον γενόμενον ἐπιχειρεῖν, ω̄ τρόπῳ δυνατὸν ήν, τυραννεῖν τῆς πατρίδος, καταλέοντα τὰ ἔδη καὶ πρὸς ἐγαντίας τοῖς νόμοις δόξας ἔλκοντα, καὶ μεθοτάντα τοὺς πολίτας.

<sup>19)</sup> „Socrates ist Griech durch und durch, ein Mann aus dem innersten Marke der Nation, ein Character, welcher Fleisch und Blut hat und nicht den allgemeinen moralischen Leisten für alle Zeiten abgiebt.“ Zeller. II, p. 17.

<sup>20)</sup> V. Krause: Theagenes p. 46 sq. Löbker: Gymnastik d. Hellenen, prolegg. et locos ab illis allatos. Socrates ipse ap. Stobaeum ed. Gessner. Basil. 1549. p. 492: ἐρωτηθεὶς, τι εὐγένεια, εὐχαρασία, ἔφη, ψυχῆς καὶ σώματος,

necessitudine inter se coniunctam putare consueverant, ut formosum animum in corpore deformi mirabile quiddam ducerent. Itaque praeclare Hettnerus<sup>21)</sup>) scripsit haec: „Körperliche und geistige Schönheit sind in der Anschauung der Griechen untrennbar. Die begeisterte Apotheose des Sinnlichen ist Gottesfeier des Geistes. Die von Plato und Xenophon mit echtem Humor geschilderte Silensgestalt des Socrates ist eine absolute ἀτοπία, sein Kopf eine θαυμαστὴ κεφαλή, so unerklärlich ist ihnen eine solche Erscheinung. Es sei nur eine Unregelmässigkeit der Natur, meint Aristoteles, wenn manche Slaven die Seele und manche den Leib des Freien haben; und wenn sich ein Theil der Menschen nur so weit auszeichne, wie Götterbilder, so würde Niemand gegen deren unbedingte Herrschaft Einsprache erheben.“ Nihil dici potest verius. Atqui erat Socrates unus omnium maxime deformis. Faciem eius quis est quin noverit? Frequenter in hermis, gemmis, anaglyphis obvia verissime reddita videtur in imagine illa, quae servatur in Museo Napol., quam expressit Visconti, qui eam ad Lysippi aeneae statuae (de qua vid. Diog. Laert. II, p. 116 (Casaub.)) exemplum effictam existimat<sup>22)</sup>). Nasus cum maxime simus<sup>23)</sup>, oculi prominentes<sup>24)</sup>, os magnum,

21) Vorschule d. bild. Kunst d. Alten. I, p. 7.

22) Visconti-Iconograph. gr. T. I, p. 220 sq. ed. Milan. 1824. p. 224: Si le portrait de Socrate n'était pas parvenu jusqu'à nous, on pourrait le restituer avec assez de probabilité: en prenant l'ensemble d'une tête de Silene et lui donnant outre le nez camus essentiel à ce caractère de figure, des yeux à fleur de tête, de grosses lèvres et le haut du front presque chauve, nous aurions un portrait de S. bien ressemblant.

23) V. Plat. Theaet. p. 143: νῦν δὲ, καὶ μὴ μοι ἀχθον, οὐκ ἔστι καλός, προέσοικε δὲ σὸι (Socrati) τὴν τε σιμότητα καὶ τὸ ἔξω τῶν ὄμμάτων ἡττογ δὲ η σὸν ταῦτ' ἔχει. cf. p. 209. Cf. ipsum Socratem nasum suum ioculariter praedicantem ap. Xenoph. Conviv. 5, 6: Critob. τῶν δὲ ριῶν πότερα καλλιστρ, η σῆ, η η ἐμή; Socr.: ἐγὼ μὲν οἶμαι τὴν ἐμὴν, εἰπερ γε τοῦ δοσφραγίνεοθαν ἐνεκεν ἐποίησαν ἡμῖν ὅτινας οἱ θεοί. Οἱ μὲν γὰρ σοὶ μυκτῆρες εἰς γῆν ὀρῶσιν, οἱ δὲ ἐμοὶ ἀναπέπτανται, ὥστε τὰς πάντοθεν δομάς προεσθέοθαν. Critob. τὸ δὲ δὴ σιμὸν τῆς ριῶς πῶς τοῦ δρθοῦ κάλλιον; Socr. ὅτι οὐκ ἀντιφράττει, ἀλλ' εὐθὺς ἐξ τὰς δύεις ὁρᾶν, ά ἀν βούλωνται η δὲ ἐψηλὴ βίς, ὥσπερ ἐπηρεάζοντα, διατετείχυκε τὰ ὄμματα. Schol. Aristoph. Nab. 224: σιμός τε γάρ καὶ φαλαρός ἦν. Athenaens autem V, p. 219. A. stolidi hominis esse ait ex Deo sciscitari: εἰ Σωκράτονς ἔστι τις σιμότερος; cf. Lucian. dial. mort. 4: τὸν σιμὸν λέγω (sc. Socratem). In annotatione Hemsterhusius adiicit haec: Atque adeo non iam suspicor verba Varronis ap. Non. p. 25 de Sileno, sed paene mihi persuadeo de Socrate esse intelligenda, modo parumper emendata huic homini accommodentur: „Nonne enim unum (quod etsi retineri possit, malo tamen nonne enim vel eum senem —) scribunt esse grandibus superciliis, silonem, quadratum?

24) Cf. Plat. Theaet. I. 1. et Socratem apud Xenoph. Conv. 5, 4: Socr.: Οἰσθα οὖν, δρθαλμῶν τίνος ἔνεκα δεόμεθα; Critob. Δῆλον, ὅτι τοῦ ὁρᾶν. Socr. Οὔτω μὲν τοίνυν ἡδη ἐμοὶ δρθαλμοὶ καλλίστες ἀν τῶν σῶν εἴσοσαν. Critob. Πῶς δή; Socr. "Οτι οἱ μὲν σοὶ τὸ κατενθὲν μόνον ὁρῶσιν, οἱ δὲ ἐμοὶ καὶ τὸ ἐκ πλαγίου, διὰ τὸ ἐπιπόλαιοι εἴναι. Deformia etiam delectare posse, ostenditur Adamantii loco, quem ad me perscripsit iuvenis et carissimus mihi et doctissimus: ὑψηλοὶ δρθαλμοὶ, μεγαλοὶ τε καὶ εὐαγεῖς καὶ ὑγρὸν βλέποντες, δίκαιοι, συνετοὶ, φιλομαθεῖς, ρωτοὶ πλήρεις, οἷος ἦν ὁ φιλόσοφος Σωκράτης,

crassa labra<sup>25</sup>), caput calvum<sup>26</sup>), venter amplissimus<sup>27</sup>), iugula parum concava<sup>28</sup>). In Plat. Menonē p. 80 eum cum torpedine marina (Zitterrochen) collatum legimus: εἰ δεὶ τι καὶ σκῶψαι, ὅμοιότατος εἶναι δοκεῖ μοι παντελῶς τὸ τε εἶδος καὶ τᾶλλα ταύτη πλατείᾳ νάρκῃ τῇ θαλαττίᾳ, qua haud scio an quadrata (τετράγωνος) eius statura notetur (cf. fragm. Varr. ap. Non. p. 25 V. supra not. 23). Iam eum Sileno eum et Marsya Satyro comparant veteres. Sic Plato praeter locum Convivii, quem supra dixi, p. 215 A. B.: φημὶ γὰρ δὴ ὅμοιότατον αὐτὸν εἶναι τοῖς Σειληνοῖς τούτοις τοῖς ἐν τοῖς ἑρμογλυφείοις καθημένοις, οὓς τινας ἔργαζονται οἱ δημιουργοὶ σύριγγας ἢ αὐλοὺς ἔχοντας, οἱ δικάδε διοικεῦντες φαίνονται ἐνδοθεν ἀγάλματα ἔχοντες θεῶν. Καὶ φημὶ αὖθις εἰσικέναι αὐτὸν τῷ Σατύρῳ τῷ Μαρσύᾳ. "Οτι μὲν οὖν τό γε εἶδος ὅμοιος εἰ τούτοις, ὁ Σώκρατες, οὐδ' αὐτὸς δήποτε ἀμφισβητήσαις, ως δὲ καὶ τᾶλλα ἔοικας, μετὰ τοῦτο ἀκονε. Cf. Xen. Conviv. 4, 19: νὴ Δί, ἔφη ὁ Κριτόβονλος, ἡ πάντων Σειληνῶν τῶν ἐν τοῖς σατυρικοῖς αἰσχιστοῖς ἀγέντης. (Ο δὲ Σωκράτης καὶ ἐπόγχαρε προσεμφερῆς τούτοις ἦν). Atque totum Satyrorum<sup>29</sup>) genus, quibus et Marsyas ascribitur et quorum Sileni<sup>30</sup>) dicantur natu maximi, describitur naso simo et fere capite calvo<sup>31</sup>); Marsyae Apuleius Flor. I, 3. tribuit vultum ferinum, trucem, hispidum, illutibarbum, spinis et pilis obsitum<sup>32</sup>). Silenorū ut iam seniorum corpus breve est et obesum, venter prominens. Nec tamen in his tantum rebus similitudo cernitur. Et Marsyae et Socratis lascivum quoddam ac veteratorium est ingenium<sup>33</sup>); alter tibiae cantu, sermonum vi et dulcedine alter rapit<sup>34</sup>). Item in Silenis et in Socrate magna est animi et corporis discrepantia, humilitas et excelsitas mire temperatae ac mistae<sup>35</sup>), in illis sive

25) Xen. Conv. 5, 7: Οἰτοβ. τοῦ γε μὴν στόματος ὑφίεμαι. Εἰ γὰρ τοῦ ἀποδάκνειν ἔνεκα πεποίηται, πολὺ ἄν σὺ μείζον ἢ ἔγὼ ἀποδάκοις. Socr. Διὰ δὲ τὸ παχέα ἔχειν τὰ χεῖλη, οὐκ οἷει καὶ μαλακώτερό σον ἔχειν τὸ φίλημα;

26) V. Schol. Aristoph. l. l. cf. Athen. XI, p. 507. C.

27) V. Xen. Conv. 2, 19: Socr.: Ἡ τόδε γελάτε, εἰ μείζω τοῦ καιροῦ τὴν γαστέρα ἔχων μετριωτέραγ ψούλομαι ποιησαι αὐτήν; idem corporis vitium in Socrate notatur a Maximo Tyrio VII, 9 et XXXIX, 5, ubi προγάστωρ dicitur fuisse.

28) Cic. de fato 5.

29) V. Klopfer. Lex. mythol s. v.

30) Klopfer l. l. s. v. Paus. I, 23.

31) Ita saltem ap. Lucian. deor. concil. 4: καὶ αὐτοὶ φαλακροί. Etsi alii aliter.

32) Ad quem locum Elmenhorst laud. Philostrat. iun. imagg. p. 837: ἀναβλέπει δὲ ἐξ τὸν Μαρσύαν, γλαυκόσων τῷ ὠφέλαλμῷ, καὶ κόμην τινα διαιμιστὰς ἀγρίαν τε καὶ αὐχυώσαν. — Quare erant, qui Aristoph. Nub. 829: Σωκράτης ὁ Μήλιος ridicule ita interpretarentur, ut τῶν μῆλων hirsuta corpora spectantes hirsutum et squalidum esse vellent: οἱ δὲ ἐξ τὸ δασὸν καὶ αὐχυηρὸν νοοῦσιν αὐτό. Schol. ad l. l.

33) Plat. Conviv. p. 215: ἔβοιστής εἴ· η̄ οὐ̄; cf. Creuzer. Stud. II, p. 290.

34) Plat. l. l.: ἀλλ' οὐκ αὐλητής; πολὺ γε θάνυμασιώτερος ἐκείνον· οἱ μέν γε δι' ὀργάνων ἐκήλει τοὺς ἀνθρώπους τῇ ἀπὸ τοῦ στόματος δενάμει, — — —. σὺ δὲ ἐκείνον τοσοῦτον μόνον διαφέρεις, ὅτι ἀνεν ὀργάνων ψιλοῖς λόγοις ταῦτὸν τοῦτο ποιεῖς.

35) Creuzer. l. l. II, p. 271.

semidei sunt, divinae et humanae sapientiae rerumque gravissimarum magna doctrina<sup>36)</sup>; sive capsulae, in quibus artifices simulacra pulcherrima, quae elaboraverant, recondebant<sup>37)</sup>, praeclarissima pulchritudinis et artis opera latent, in hoc pretiosissimi sapientiae et humanitatis flores atque fructus conspicuntur<sup>38)</sup>, in utroque rerum humanarum magna despicientia<sup>39)</sup>, ludibrii et protervitatis signa, ridendi iocandique consuetudo multa<sup>40)</sup>. Talem igitur faciem ac vultum tam indignum, tam humilem, tam deformem in tanto tam sublimis ingenii, tam candidi integrique animi viro non potuerunt non admirari Graeci, qui animi imaginem vultum esse statuerent. Quare factum est, ut Zopyrus physiognomon, qui se profitebatur hominum mores naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere, stupidum Socratem esse diceret et bardum, adderetque etiam mulierosum. Qui cum derideretur a ceteris, qui illa in Socrate vitia non agnoscerent, ab ipso Socrate sublevatus est, cum illa sibi insita, sed ratione a se delecta diceret<sup>41)</sup>.

Hanc faciem accedebant alia quae etiam magis conspicuam redderent. Huc pertinet Aristophaneum illud<sup>42)</sup>:

<sup>36)</sup> V. Aelian. V. H. III, 18 et quae ad eum locum commentatus est Kühnius. Klopfer. lex. myth. s. v.: „Den Grundbegriff des vorzugsweise sogenannten Silenus, eines Wesen von vorzüglichem Range, als Pflegevater des Bacchus, als Rathgeber und Lehrer hoher Weisheit und andererseits doch immer mit Beimischung von etwas Komischem (so dass sich Ernst und Scherz, Hoheit und Niedrigkeit in ihm ausdrücken), — stellt Creuzer im personifizirten Contrast und der Ironie dar“ etc. — Silenum ita ἔνθεον a Baccho redditum esse narrarunt poëtae, ut et vaticinaretur, utilia moneret, tandem et vatuum more caneret, itaque eo deuentum est, ut Sileno tribuerentur carmina, tandem disputationes de rebus physicis ac divinis. Heyn. Excurs. ad Virg. Ecl. 6, cf. quae exposuit in eiusd. ecl. argumento. Hinc Bacchylidis illud: δις ἀπὸ Σειληνοῦ εἰρημένον h. e. quasi ex tripode dictum.

<sup>37)</sup> V. de hoc more Stallbaum. ad Plat. Conv. I. I.

<sup>38)</sup> Plat. Conv. p. 216 D.: ἐνδοθεν δὲ ἀνοιχθεὶς πόσης οἰεσθε γέμει, οὐ ἀνδρες συμπόται, σωφροσύνης.

<sup>39)</sup> De Sileno et Olympo et Marsyae humanarum rerum despicientiam praecipiente V. Suid. s. v. Ωφήμερος et Plut. Cons. Apoll. p. 115. De Socrate ea, quae vulgus admiratur, spernente et pro nihilo ducente Plat. Conv. p. 216 D. E.: ἵστε ὅτι οὗτος εἰ τις καλός ἐστι μέλει αὐτῷ οὐδέν, ἀλλὰ καταφρονεῖ τοσούτον ὅσον οὐδὲ ἀν εἰς οἰησίην, οὐτε εἰ τις πλούσιος οὗτος εἰ ἀλληγ τινὰ τιμῆν ἔχει τῶν ἑπτὸν πλήθους μακαριζομένων. Ἡγεῖται δὲ πάντα ταῦτα τὰ κτηματα οὐδενὸς ἀξια καὶ ήματος οὐδὲν εἶναι, εἰρηνευόμενος δὲ καὶ παῖσιν πάντα τὸν βίον πρὸς τοὺς ἀνθρώπους διατελεῖ.

<sup>40)</sup> cf. Creuzer. I. I. p. 232. Steinhart. prol. ad Conv. p. 258: „Nirgends aber tritt die ursprüngliche Kraft eines grossen Geistes überraschender hervor, als wenn sie einen unschönen mit der Schönheit der Seele nicht in Einklang stehenden Körper beherrscht. Jene bekannte Silengestalt des Socrates, welche ihm etwas Dämonisches der Natur des Eros Verwandtes giebt und doch die herrliche Götternatur eines mit reichen Weisheitsschätzen erfüllten Geistes verbirgt, giebt auch seinem ganzen Wesen eine satyrähnliche Färbung, die doch in jeder ihrer Aeusserungen nur die herbe Schaale des trefflichsten Kernes ist, denn hinter seinem Spotte steckt der tiefste Ernst.“

<sup>41)</sup> Cic. de fato, 5. Tusc. IV, 37, 80. cf. Aristot. physiogn. 6: οἱ δὲ σιμῆν ἔχοντες λάγνοι. ibid.: ὅσοι ἔξοφλαλμοι ἀβέλτεροι. — Hegel I. I. II, p. 54: „Es ist bekannt, dass sein Aussehen auf ein Naturall von hässlichen und niedrigen Leidenschaften deutete; er hat es aber selbst gebändigt, wie er dies auch selbst sagt.“

<sup>42)</sup> Nub. 362 sq.

οἵτινες βρευθέντει τ' ἐν ταῖσιν ὁδοῖς καὶ τῷ φθαλμῷ παραβάλλεις  
κάννυπόδητος κακὰ πόλιν ἀνέχει πάφ' ἡμῖν σεμνοπροσωπεῖς.

Est autem βρευθέντεσθαι<sup>43)</sup> arrogantis ac superbientis in modum cum supercilioso quodam fastu ingredi (ἀποσεμνύνεις σεαυτὸν τῷ σχήματι Schol.), παραβάλλεσθαι τῷ ὄφθαλμῷ limis oculis torvisque aspicere (ταυρηδὸν ὅρχες Schol.); ac verissime depinxisse poëtam testatur Plato Phaed. p. 117 B: ὥςπερ εἰώδει, ταυρηδὸν ἐποβλέψας πρὸς τὸν ἀνθρωπὸν —, testatur idem Conv. p. 221. A. B.: ἐνταῦθα δὴ καὶ κάλλιον ἐθεασάμην Σωκράτην ἢ ἐν Ποτιδαιᾳ πρῶτον μὲν δοσον περιῆν Δάχητος τῷ ἔμφρων εἶναι ἔπειτα ἤμοιγε ἐδόκει, ὃ Ἀριστόφανες, τὸ σὸν δὴ τοῦτο, καὶ ἐκεῖ διαπορεύεσθαι ὥςπερ καὶ ἐνθάδε, βρευθνόμενος καὶ τῷ φθαλμῷ παραβάλλων, ἡρέμα περισκοπῶν<sup>44)</sup>). — Sic igitur vir egregius etiam in fuga illa Deliensi se infert, superbo gressu, oculis limis, emissitiis

ὥς τε λέων ὀρεσίτροφος, ἀλλὶ πεποιθώς,  
ὅς τ' εἰσ' νόμενος καὶ ἀήμενος, ἐν δέ οἱ ὅσσε  
δαιεται<sup>45)</sup>.

Sive:

πάγτοσε παπταίνων ὡς τ' αἰετὸς —<sup>46)</sup>,  
sic cum Theaeteto collocutus εἰς τὴν τοῦ βασιλέως στοὰν ἐπὶ τὴν Μελήτου γράφην abisse<sup>47)</sup>,  
putandus est, sic capite damnatus e iudicio ἀπῆγει καὶ δημασι καὶ σχῆμασι καὶ βαδισματι φαιδρός<sup>48)</sup>. Et alterum quidem, quo incredibilis illa facies Socratica magis quasi illustraretur, magna erat vestitus cultusque corporis negligentia et e paupertate angustissima et e patientiae exercendae studio et e summarum rerum meditatione ab humanarum cura abducente profecta. Hinc illa ἀνυποδησία ap. Aristoph. Nab. I. l. et 103 sq.:

τὸν ἀνυποδήτον λέγεις,

ὅν ὁ παποδαίμων Σωκράτης καὶ Χαιρεφῶν.

et ap. Plat. Conv. p. 174: Ἐφη γάρ οἱ Σωκράτη ἐντυχεῖν λελονμένον τε καὶ τὰς βλαντας ὑποδεδεμένον, ἀ ἐκείνος διηγάνις ἐποίει<sup>49)</sup>); quod per se notabile fuisse in urbe calceamentorum

43) Uberrima de hac voce disputatio est Hemsterhusii ad Lucian. dial. mort. p. 448 sq.

44) cf. Diog. Laert. II, p. 103 (Casaub.): αὐτὸς ἡρέμα ἀγεχώρει, παρεπιστρεφόμενος ἡσυχῇ καὶ τηρῶν ἀμύνασθαι εἰ τις οἱ ἐπέλθοντι.

45) Hom. Od. Z. 130 sq.

46) Hom. Il. P. 674.

47) Plat. Theaetet. extr.

48) Apol. quae dicitur Xenoph. 27.

49) cf. p. 220. A. B.: πρὸς δὲ αὖ τὰς τοῦ χειμῶνος καρτερήσεις — δεινοὶ γάρ αὐτόδι χειμῶνες — θαυμάσια εἰσιγάζετο τά τε ἄλλα, καὶ ποτε δύτος πάγον οἴον δεινοτάτον, καὶ πάντων ἢ οὐκ ἐξιόντων ἔγδοθεν, ἢ, εἰ τις ἐξίοι, ἡμφιεσμένων τε θαυμαστὰ δὴ δοσα καὶ ὑποδεδεμένων καὶ ἐνειλιγμένων τοὺς πόδας εἰς πῖλονς καὶ ἀργακίδας, οὗτος δὲ ἐν τούτοις ἐξῆγει ἔχων ἴματιον μὲν τοιοῦτον, οἰόντερ καὶ πρότερον εἰώδει φορεῖν, ἀνυπόδητος δὲ διὰ τοῦ κρυστάλλου ῥάξον ἐπορεύετο ἢ οἱ ἄλλοι ὑποδεδεμένοι. Add. Phaedr. p. 229. E.

usu delicatissima<sup>50</sup>), ex eo patet, quod praeter Aristodemum, pusillum illum Cydathenaeum, sectatorem Socratis, ἀνυπόδητον αἰεὶ<sup>51</sup>), singuli tantum severioris vitae homines hoc habitu fuisse perhibentur, velut Lycurgus orator et Phocion. Hinc porro illa ap. Aristoph. Av. 1281 sq.:

ἐλαυνομάρονν ἀπαντες ἀνθρωποι τότε,

ἐκόμων, ἐπεινῶν, ἐργάπων, ἐσωράτων —

ibid. 1553 sq.: Πρὸς δὲ τοῖς Σκιάποσιν λι- μην τις ἔστι, ἀλοντος οὐ ψυχαγωγεῖ Σωκράτης.

et Nub. 835 sq.: ὃν ὑπὸ τῆς φειδωλίας ἀπεκέρατ' οὐδεὶς πόποι' οὐδὲ ἡλείφατο (neque Socrates neque Chaerephon) οὐδὲ εἰς βαλανεῖον ἥλθε λουσόμενος<sup>52</sup>), quem iudicari videtur Amipsias apud Diog. Laert. II, p. 106. (Casaub.): 'Αμειψίας δ' ἐν τρίβωνι παράγων αὐτὸν φησίν οὔτας.'

Σώκρατες, ἀνθρώπῳ βέλτιστῷ διλίγων, πολλῶν δὲ ματαιόταδ' ἤκεις

Καὶ σὺ πρὸς ἡμᾶς, καρτεριός τ' εἰς πόδεν ἀν σοι χλαῖνα γέροιτο;

Τοῦτο τὸ πάκινον τῶν σκυτοτόμων κατ' ἐπήρειαν γεγένηται.

Hinc omnis ille dure et parciter viventis habitus pauperculus vitaeque domesticae tenuitas, in qua re exponenda Xenophon, Plato, Plutarchus, alii multi<sup>53</sup> sunt, et quae ita comparata erat, ut quantumvis Socrates ipse a Cynicorum vana egestatis ostentatione abesset<sup>54</sup>), tamen in ejus persona animadverti posset Cynicorum disciplina unde originem traxisset<sup>55</sup>). Hinc igitur eorumdem comicorum cavillationes, velut Eupolidis illud<sup>56</sup>:

Μισῶ δὲ γαγγίζειν Σωκράτην τὸν πτωχὸν ἀδολέσκῆν,

Ος τὰλλα μὲν πεφρόντικεν,

Οπόθεν δὲ καταφαγεῖν ἔχοι, τούτον κατημέληκεν —

50) V. Böckh Staatshaush. d. Athen. I, p. 116. et Stallb. ad Plat. Phaed. p. 64. D. et quoas laud.

51) Plat. Conv. p. 173. B.

52) Xen. Mem. I, 6, 2.: ἴμάτιον ἡμίφεσαι οὐ μόνον φαῖλον, ἀλλὰ τὸ αὐτὸν θέροντος τε καὶ χειμῶνος, ἀγνοπόδητός τε καὶ ἀχίτων διατελεῖται. Athen. V, p. 215. D.: Σωκράτης, ὁ πλὴν τρίβωνος καὶ βακτηρίας οὐδὲν ἦν. Illud ἴμάτιον φαῖλον Apuleius scissile palliastrum appellat Met. I, p. 104. Elmenh.

53) Cf. de re domestica Socratis Böckh. I. I, p. 122 sq.

54) Diog. Laert. II, p. 112. (Casaub.): Στρέψαντος Ἀγτισθένους τὸ διεργάγος τοῦ τρίβωνος εἰς τοῦμφαγές ὅρθι σον, ἔφη, διὰ τοῦ τρίβωνος τὴν κενοδοξίαν. Similia narrat Aelian. V. H. IX, 35.

55) Böckh. I. I. p. 124: „Ohne der Grösse seines Geistes zu nahe zu treten, darf man wohl behaupten, dass in Rücksicht der Armseligkeit und eines gewissen Kynismus die Darstellung des Aristophanes nicht nur nicht übertrieben, sondern nach dem Leben gezeichnet ist.“

56) Ap. Olympidor. ad Plat. Phaed. 14. (p. 175. Wyttensb.), quos versus Bergk. d. reliqq. com. Att. p. 353. e Parasitus Eupolidis coniicit exscriptos.

eo usque exspiantium, ut eum vel furti arguerent<sup>57)</sup>.

Sed hactenus de specie et forma Socratis externa. Quae quam ridicula, quam in tali viro admirabilis, quam ἀτοπος fuerit, manifestum est. At ne hoc quidem dubitari potest, quin eo fundamento quodam antiquorum comicorum petulantia et licentia steterit vel maxime ipsamque speciem caussam fuisse, cur a multis in scena traduceretur, non minimam<sup>58)</sup>. Nam ut missos faciam, qui paucis tantum Socratem strinxerunt, Eupolin<sup>59)</sup> et Amipsiam, ipse Aristophanes, quamquam maius quiddam et altius, sophisticam eius quam credidit rationem scientiamque frivolam<sup>60)</sup> secentus est, tamen vide in ea depingenda et notanda quam non raro a vero aberraverit, ut ingenium in scena vix agnosci posset, nisi facies vultusque fuissent cogniti. Qui si verum Socratem satis novisset, si notitiam habuisset artis illius amatoriae, lenoniae, venatoriae, obstetriciae, Xanthippae, daemonii, aliarum rerum — etsi non pro certo affirmaverim, ea anno 423 in scena potuisse traduci — qui campus, quantum exsultaret, quantum cum quanta petulantia luxuriaret ingenium Aristophaneum! Nunc autem cum tam luculentae ridendi materiae ignarus esset cumque ea, quae facete salseque de Socrate commentus est, maximam partem a veritate alienissima essent, persona illa facie et habitu perridicola, in foro plateis gymnasiis omnibus nota, ad risum in scena excitandum tanquam ab ipsa natura facta<sup>61)</sup> si non stetisse, tamen praeter commune sophistarum odium exagitatori Socratis perquam opportunum incredibiliter adjutum esse appareat.

Venio nunc ad id admirabilem Socrateorum genus, quod eum conspicuum insignemque reddebat in usu et consuetudine hominum versantem, quod magnam partem ita comparatum erat, ut in multis quidem similia viderentur, quae tamen in Socrate ἀτοπα facta sunt propterea, quod quidquid faciebat, id cum admirabili quadam naturae vi ac vehementia quasi prorumperebat et effervescebat, quod Plutarchum significasse puto, quam scriberet: αἱ δὲ Σωκράτονς αὖθις

<sup>57)</sup> Aristoph. nub. 178 sq.:

Κάμψας ὄβελίσκον, εἴτα διαβήτην λαβὼν,  
ἐκ τῆς παλαιότερας θοιμάτιον ὑφείλετο.

et Eupolis:

Δεξάμενος δὲ Σωκράτης τὴν ἐπίδειξιν αὐτοῦ  
Στηχικόρον πρὸς τὴν λέρον οἰροχόνην ἔκλεψεν.

quos versus ex scholl. ad Aristoph. nub. 96. et 179. restitutos Bergkias I. I. iisdem Parasitis tribuit.

<sup>58)</sup> Id recte iam observavit Athenaeus V, p. 219. B.: Ἀλλὰ μὴν οὐδὲν, ὅν δὲ Πλάτων εἶρηκε περὶ Σωκράτοντος, τῶν κωμικῶν τις εἰρήκεν οὖθ' ὅτι Ξανθίππη χαλεπὴ ἦν γυνή (non Plato, sed Xenophon commemorat in Convivio), ἥτις καὶ νιπτῆρας αὐτοῦ κατέχει τῆς κεφαλῆς οὐδὲν ὡς Ἀλκιβιάδης συνεκουμήθη ὑπὸ τὴν αὐτὴν γενόμενος χλαῖναν. Καὶ τοι ἀναγκαῖον ἦν τούτῳ ἐνκωδωνιστῆναι ὑπὸ Ἀριστοφάνους — — — οὐ γάρ δὲ ἐσίγησε τοῦτο Ἀριστοφάνης ὃς τοὺς νέους διαφείροντος, dummodone inde Platonem falsa de Socrate narrasse, sed potius Aristophanem eum parum novisse coniecerit.

<sup>59)</sup> Schol. ad Aristoph. nub. 96.: Εὗπολις, εἰ καὶ δὲ ὀλίγων ἐμηῆσθη Σωκράτονς. —

<sup>60)</sup> V. Kock. proll. ad Aristoph. nub. p. 16 sq.

<sup>61)</sup> Δῆλα γάρ δὴ, ὅτι καὶ οἱ σκενοποιοὶ ἐπλασαν αὐτὸν ὡς ὅτι κάλλιστα ἔξεικάσαντες.  
Aelian. V. H. II, 13.

τὸ βέβαιον ἔχονσαι καὶ σφοδρότητα φαίνονται πρὸς ἀπαν, ὡς ἀν ἐξ ὁρᾶς καὶ ισχυρᾶς ἀφειμέναι κρίσεως καὶ ἀρχῆς. d. gen. Socr. c. 13. Quare quod in aliis non ita notabile, id in Socrate conspiciebatur novum ac singulare. Eo referre non dubito indagandae veritatis augendaeque scientiae studium ardentissimum, quod cum in hominum vita et moribus rebusque bonis et malis potissimum cognoscendis versaretur, factum est, ut in hominum usu per omnem vitam tum docendi tum discendi caussa totus esset. Itaque omnis ejus vita vaga et circumforanea, ut Xenophon tradit Mem. I, 1, 10: ἀεὶ μὲν ἦν ἐν τῷ φανερῷ πρώτῃ τε γὰρ εἰς τοὺς περιπάτους καὶ τὰ γυμνάσια ἦει, καὶ πληθόσης ἀγορᾶς ἐκεῖ φανερὸς ἦν, καὶ τὸ λοιπὸν ἀεὶ τῆς ἡμέρας ἦν δόπον πλείστοις μέλλοι συνέσσθαι καὶ ἐλεγε μὲν ὡς τὸ πολύ, τοῖς δὲ βούλομένοις ἐξῆν ἀκούειν. A primo igitur mane in omnibus civium generibus, ordinibus, aetatibus, artibus, quaestibus<sup>62)</sup> occupatus per forum, plateas, porticos, gymnasia<sup>63)</sup>, officinas ambulans quoscumque volentes invitatos adibat, percontabatur, sermones serebat disputationesque instituebat de rebus quibuscumque. Nulla rei domesticae cura avocatus, quod jam per se multis singulare debebat videri in urbe, quae ἀργίας διεῖν a Solone habuit constitutam, nulli mercedi pro disciplina sua exigendae intentus<sup>64)</sup>, quod a ceterorum praceptorum publicorum more et consuetudine longe discrepabat, id solum agebat, ut et se et alios instituens et ipse sapiens fieret et fingeret sapientes. Quapropter ipsum in Apologia<sup>65)</sup> p. 31. B. Plato facit dicentem: οὐ γὰρ ἀνθρωπίνῳ ἔουσε τὸ ἐμὲ τῶν μὲν ἐμαντοῦ ἀπάντων ἡμεληκέναι καὶ ἀνέχεσθαι τῶν οἰκείων ἀμελούμένων τοσαῦτα ἥδη ἔτη, τὸ δὲ ὑμέτερον πράττειν ἀεί, ίδιᾳ ἐκάστῳ προσώπωντα, ὡς περ πατέρα η ἀδελφὸν πρεσβύτερον, πείδοντα ἐπιμελεῖσθαι ἀρετῆς. Καὶ εἰ μέντοι τι ἀπὸ τούτων ἀπέλανον καὶ μισθὸν λαμβάνων ταῖτα παρεκελευόμην, εἰχον ἄν τινα λόγον· νῦν δὲ ὅρᾶτε δὴ καὶ αὐτοί, ὅτι οἱ κατήγοροι τᾶλλα πάντα ἀναισχύντως οὕτω κατηγοροῦντες τοῦτο γε οὐχ' οἷοί τε ἐγένοντο ἀπαγαγγυντῆσαι, παρασχόμενοι μάρτυρα, ὡς ἐγώ ποτέ τινα η ἐπραξάμην μισθὸν η ἥτησα. Et Xenophon Mem. IV, 7, 1. testatur: πάντων μὲν, ὃν ἐγὼ οἶδα, μάλιστα ἡμελεν αὐτῷ εἰδέραν, ὅτου τις ἐπιστήμων εἴη τῶν συνόντων αὐτῷ, ὃν δὲ προσήκει ἀρδὴν καλῇ καγαθῇ εἰδέναι, ὅτι μὲν αὐτὸς εἰδεῖη, πάντων προθυμότατα ἐδίδασκεν, ὅτου δὲ αὐτὸς ἀπειρότερος εἴη, πρὸς τοὺς ἐπισταμένους ἦγεν αὐτούς. Et vide quam praeclare ipse ne morte quidem proposita hoc

<sup>62)</sup> In memoriam revocasse sufficiat Theodotam et Callisto meretrices Xen. Mem. III, 11, Aelian. V. H. XIII, 32. et Simonem autorem Diog. Laert. cap. 13.

<sup>63)</sup> Ac maxime Socratem in gymnasiis et palaestrīs cum aliis conversari solitum esse constat; cf. Plat. Charm. p. 153. Inprimis autem Lyceum frequentabat, quare Euthyphro: τί νεώτερον, inquit, οἱ Σόφρατες, γέγονεν, ὅτι σὸν τὰς ἐν Λυκείῳ καταλιπὼν διατριβὰς ἐνθάδε γένν διατρίβεις περὶ τὴν τοῦ βασιλέως στοάν; Plat. Euthyphr. p. 2. A. cf. Lysid. p. 203. A. Euthyd. p. 271. A.

<sup>64)</sup> V. praeter locum Apologiae Plat. statim afferendum Xen. Mem. I, 2, 5. 60. I, 6, 5. Apol. Xen. quae dicitur, 16. Constat autem virum pauperrimum ab inopia defensum esse liberalitate Critonis hominis locupletis Socratisque studiosissimi. cf. Diog. Laert. II, p. 101 et p. 169. (Casaub.) Steinhart. ad Plat. Crit. not. 3.

<sup>65)</sup> De fide Apologiae Platonicae historica vid. Hermann, l. l. p. 630. not. 369.

studium se omissurum esse profiteatur in Plat. Apol. p. 29. C. D. <sup>66</sup>), ut recte de se praedicare potuerit, quod legitur in Plat. Phaed. p. 69. D.: — — οἱ πεφιλοσοφηκότες δρθῶσι. ὅν δὴ καὶ ἔγωγε κατά γε τὸ δυνατὸν οὐδὲν ἀπέλιπον ἐν τῷ βίῳ, ἀλλὰ παντὶ τρόπῳ προδῆμηθην γενέσθαι, et in Apol. quae dicitur Xenophontis 16: σοφὸν δὲ πῶς οὐκ ἀν τις εἰκότως ἀνδρα φύσειν εἶναι, ὃς ἐξ ὅτουπερ ξυνιέναι τὰ λεγόμενα ἡρξάμην, οὐ πώποτε διέλειπον καὶ ζητῶν καὶ μαρτίνων ὅτι ἐδυνάμην ἀγαθόν; Cum autem verum esse sibi persuasisset Homericum illud:

οὐν τε δύ' ἐρχομένω καὶ τε πρὸ δ τοῦ ἐνόησεν,  
ὅπτως κέρδος ἔη μοῦνος δ' εἰπερ τε νοήσῃ,  
ἀλλά τε οἱ βράσσων τε νόος, λεπτὴ δέ τε μῆτις <sup>67</sup>),

incredibile est quanta aviditate sermones ac disputationes anquisiverit, ut commodissime de se confessum esse dixeris, quod legimus in Plat. Phaedr. p. 230. D.: ὥσπερ γάρ οἱ τὰ πεινῶντα θρέμματα θαλλὸν ἢ τινα καρπὸν προσείσοντες ἀγονσι, σὸν ἐμοὶ λόγον οὐτω προτείνων ἐν βιβλίοις τὴν τε Ἀττικὴν φαίνει περιάξειν σπασαν καὶ ὅποι ἀν ἄλλοσε βούλη <sup>68</sup>). Propter quam insatiabilem disputandi cupiditatem Theodorus eum cum Scirrhone et Antaeo comparat Plat. Theaetet. p. 169. A. B.; ut enim ille viatores violenter atque crudeliter de rupibus praecepit, hic quoscunque advenas ad ineundum secum luctandi certamen coegerit, ita Socratem parcere nemini et omnes corripientem ad luctam disputandi secum tentandam cogere. Et Socrates festive: Αριστά γε, inquit, ὁ Θεόδωρε, τὴν γόσον μον ἀπείκασα. Ισχυρικάτερος μέντοι ἔγω ἐκείνων. μυρίοι γάρ ἦδη μοι Ἡρακλέες τε καὶ Θησέες ἐντυγχάνοντες καρπεροὶ πρὸς τὸ λέγειν μάλιστας εὐχαριστοῦσιν, ἀλλ' ἔγω οὐδέν τι μᾶλλον ἀφίσταμαι οὐτω τις ἔρως δεινὸς ἐνδέδυκε τῆς περὶ ταῦτα γυμνασίας. μὴ οὖν μηδὲ σὺ φθονήσῃς προσανατριψάμενος σαντόν τε ἄμα καὶ ἐμὲ δυῆσαι.

Quid? quod in hoc studio tam defixus erat atque in eruenda ex humanis ingenii per ser-

<sup>66</sup>) εἰ μοι πρὸς ταῦτα εἴποιτε· Ὡ Σώκρατες, νῦν μὲν Ἀντέρον οὐ πεισόμεθα, ἀλλ' ἀφίεμέν σε, ἐπὶ τούτῳ μέντοι, ἐφ' ὃτε μηκέτι ἐν ταύτῃ τῇ ζητήσει διατρίβειν μηδὲ φιλοσοφεῖν. ἐὰν δὲ ἀλώς ἔτι τούτῳ πράττων, ἀποδινεῖ· εἰ οὖν με, ὅπερ εἴποι, ἐπὶ τούτοις ἀφίοιτε, εἴποιμ<sup>7</sup> ἀν ὑμῖν, δτι Ἐγὼ ὑμᾶς, ὁ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἀσπάζομαι μὲν καὶ φίλοι, πεισομαι δὲ μᾶλλον τῷ θεῷ ἢ ὑμῖν, καὶ ἐντελεχείαν ἐμπινέω καὶ οἰός τε ὁ, οὐ μὴ πανσιμαι φιλοσοφῶν καὶ ὑμῖν παρακελευόμενός τε καὶ ἐνδεικνύμενος δτοι ἀν ἀεὶ ἐντυγχάνω ὑμῖν, λέγων οἰάπερ εἰσθα etc.

<sup>67</sup>) Plat. Protag. p. 348. C. D.: ἡγοῦμαι γάρ πάντι λέγειν τι τὸν Ὅμηρον τὸ σύν τε δύ' ἐρχομένω, καὶ τε πρὸ δ τοῦ ἐνόησεν. εὐπομάτεροι γάρ πως ἀπαντές ἐσμεν οἱ ἀνδρῶποι πρὸς ἀπαν ἔργον καὶ λόγον καὶ διαγόματα μοῦνος δ' εἰπερ τε νοήσῃ αὐτίκα περιών ζητεῖ δτοι ἐπιδείξηται καὶ μεδ' δτον βεβαιώσηται, ἕως ἀν ἐντύχῃ. cf. Conv. p. 174. D. Sermoni quid tribuerit Socrates, patet ex narratiuncula, quam legimus apud Apuleium Florid. I, p. 329 (Amstelod.): Socrates cum decorum adolescentem et diutile tacentem conspicatus foret: ut te videam, inquit, aliquid eloquere. Scilicet Socrates tacentem hominem non videbat. Etenim arbitrabatur, homines non oculorum, sed mentis acie et animi obtutu considerandos.

<sup>68</sup>) Vide, ut hoc exemplo utar, quanto ardore Phaedrum ambiat et urgeat, ut eum ad prōmendam Lysiae orationem permoveat. Plat. Phaedr. p. 227. 228.

mones humanitate ita omnem operam ponebat, ut urbem fere numquam relinqueret neque peregrinandi neque vel ambulandi gratia. Etenim nihil neque videre neque audire gestiens nisi quod ad humanam naturam cognoscendam pertineret, neque in ullo theatro hominum ingenium magis in luce positum, neque in ullo campo luculentiorem investigandi meditandique materiem reperire sibi videbatur quam Athenis<sup>69</sup>). Quare Diog. Laert. II, p. 102 (Casaub.): ἀποδημίας, inquit, οὐκ ἐδεήθη, καθάπερ οἱ πλείους, πλὴν εἰ μὴ στρατεύεσθαι ἔδει. τὸ δὲ λοιπὸν αὐτόδι μέντον φιλονεικότερον συνεζήτει τοῖς προσδιαλεγομένοις, οὐχ ὅςτε ἀφελέσθαι τὴν δόξαν αὐτοὺς, ἀλλ' ὅςτε τὸ ἀληθές ἐκμαθεῖν πειρᾶσθαι<sup>70</sup>). Hoc verum esse testis est pluribus locis Plato: in Criton. p. 52. B.: μεγάλα ήμιν τούτων τεκμήριά εστιν, ὅτι σοι καὶ ήμεῖς ἡρέσκομεν καὶ η̄ πόλις οὐ γάρ ἀν ποτε τῶν ἀλλων Ἀθηναῖων ἀπάντων διαφερόγντως ἐν αὐτῇ ἐπεδήμεις, εἰ μὴ σοι διαφερόντως ἥρεσκε, καὶ οὐτ' ἐπὶ δειρίαν πάποτε ἐκ τῆς πόλεως ἐξῆλθες, ὅτι μὴ ἀπαξ εἰς Ισθμόν, οὔτε ἀλλοσσε οὐδαμόσσε, εἰ μὴ ποι στρατευόμενος, οὔτε ἀλλην ἀποδημίαν ἐποιήσω πάποτε, ὁπερο οἱ ἄλλοι ἀνδρῶποι, οὐδ' ἐπιθυμία σε ἀλλης πόλεως οὐδ' ἀλλων νόμων ἔλαβεν εἰδέναι, ἀλλὰ ήμεῖς σοι ἵκανοι ήμεν καὶ η̄ ημετέρα πόλις<sup>71</sup>) et p. 52. E. 53. A.: σὺ δὲ οὔτε Λακεδαιμονία προρροῦ οὔτε Κρήτην, ἃς δὴ ἐκάστοτε φῆς εὑρομεῖσθαι, οὔτε ἀλλην οὐδεμίαν τῶν Ἑλληνίδων πόλεων οὐδὲ τῶν βαρβαρικῶν, ἀλλ' ἐλάττω ἐξ αὐτῆς ἀπεδήμησας ἢ οἱ χωλοί τε καὶ τυφλοί καὶ οἱ ἀλλοι ἀνάπτηροι adde Menon. p. 80. B.: καὶ μοι δοκεῖς εν βουλεύεσθαι οὐκ ἐμπλεων ἐνδέρνεις οὐδὲ ἀποδημῶν· εἰ γάρ ξένος ἐν ἀλλῃ πόλει τοιαῦτα ποιοῖς, τάχ' ἀν ώς γόνης ἀπαχθείης. Cf. denique Phaedr. p. 230. C.: Φαιδρ. Σὺ δέ γε, δὲ θανάσιε, ἀτοπώτατός τις φαίνει. ἀτεχνῶς γάρ, δὲ λέγεις, ξεναγονμένῳ τινὶ καὶ οὐκ ἐπιχωρίῳ ἔσικας· οὕτως ἐκ τοῦ δοτεος οὔτε εἰς τὴν ὑπερορίαν ἀποδημεῖς, οὔτ' ἐξ αὐτοῖς ἔμοιγε δοκεῖς τὸ παρόπαν ἐξείραι. Σωκρ. Συγγίγνωσκε μοι, δὲ ἀριστε. φιλομαθῆς γάρ εἰμι· τὰ μὲν οὖν χωρία καὶ τὰ δένδρα οὐδέν μ' ἐδέλει διδάσκειν, οἱ δὲ ἐν τῷ δοτει ἀνδρῶποι. Atque ita quidquid in eo erat, id ad propositum suum contulerat, ut a re civili, praeterquam quod fecit, quae leges diserte iuberent, plane abhorret utque quem circumforaneum dicere non dubitavimus, forensium rerum esset imperitissimus, quapropter et ipse satetur Gorg. p. 474. A.: οὐκ εἰμὶ τῶν πολιτικῶν, καὶ πέροισι βουλεύειν λαχῶν, ἐπειδὴ η̄ φυλὴ ἐπρντάνεις καὶ ἔδει με ἐπιψηφίζειν, γέλωται παρεῖχον καὶ οὐκ ἡπιστάμην ἐπιψηφίζειν, quamquam ea aliter interpreta-

<sup>69</sup>) Steinhart, prolegg. ad Politic. not. 16.: „Wie sehr Socrates gleichsam mit allen Fasern seines Wesens Athener war, und wie lebhaft er es anerkannte, dass er nur in dieser Stadt seine geistige Heimat und den rechten Boden seiner Wirksamkeit gefunden habe, davon lässt ihn Plato in der Vertheidigungsrede und im Kriton selbst das schönste Zeugniß ablegen.“

<sup>70</sup>) Idem tradit II, p. 104 (Casaub.): ἐπερεφρόγησε δὲ καὶ Ἀρχελάον τοῦ Μακεδόνος καὶ Σπόπα τοῦ Κραντωνίου καὶ Εὐρυλόχον τοῦ Λαρισταίου, μήτε χρήματα προέμενος αὐτῶν, μήτε παρὰ αὐτοὺς ἀπελθόν. Primum confirmat Aristot. Rhet. II, 23, 8. Senec. d. benef. V, 6, 2. Narrat etiam Diog. Laert. II, p. 103: Ἱων δὲ ὁ Χίος καὶ νέον δύτα (Socratem) σὺν Ἀρχελάῳ εἰς Σάμον ἀποδημῆσαι, καὶ Πνεύματα ἐλθεῖν Ἀριστοτέλης φησίν. ἀλλὰ καὶ εἰς Ισθμὸν, ὃς Φαβωρῖνος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων.

<sup>71</sup>) Ac ne ἀντιτιμώμενος quidem maluit exsilium quam mori in urbe. Plat. Criton. p. 52. C.

tur Stallbaumius, quem vid. ad l. l., et in Apol. p. 17. D. quam se de loquendi genere apud iudices excusaverit, caussam assert hanc: νῦν ἐγὼ πρῶτον ἐπὶ δικαιοσύνης ἀναβέβηκα, ἐπη γεγονὸς πλείω ἐβδομήκοντα ἀτεχνῶς οὐν ἔνως ἔχω τῆς ἐνθάδε λέξεως. Mirabilia sane haec, mirabilior tamen et qua omnes obstupefaceret vel maxime, sermonis illa vis fuit incredibilis <sup>72)</sup>. Persona Socratis universa quantum pepulerit homines ac perculerit, supra commemoravimus, quod noli dubitare quin maximam partem tribuendum sit ejus sermoni, quo mirum est quantopere volentes nolentes ceperit et deleniverit, contumaces molliverit, exultantes fregerit, contuderit atque obtriverit superbos, ut tanquam a praestigiatore quodam incantatos sese crederent. Quod vel apud Xenophontem, quamquam rebus diligens scribendi genere utitur jejuniore minusque sensibus et oculis subjecto <sup>73)</sup>, si sermones cum Glaucone (Mem. III, 6), cum Euthydemus (IV, 2.), cum Hippio (IV, 4.), alias inspexeris, non poteris non observare. At apud Platonem cum quivis dialogus, in quo primarum partium est Socrates, clarissimis exemplis abundat, tum testimonia extant luculentissima, unum Menonis <sup>74)</sup>, feroculi illius Thessali, qui nimia confidentia sui sophisticaeque doctrinae conscientia elatus ubi Socratem ad disputandum provocavit mox gravibus dialecticis laqueis tam constrictus tenetur, ut sui suorumque verborum alioqui certissimus conturbatus et quo se vertat nescius, velut Protarchus in Philebo p. 21. D. <sup>75)</sup> (εἰς ἀφασίαν παντάπαιδι με, οὐκτος ὁ λόγος ἐμβέβληκε τὰ νῦν.) haesitet et obmutescat. Tum vero: „Jam antea, o Socrates“, inquit, „certior factus te nihil posse nisi dubitare ipsum et aliis scrupulis iniicere dubitationum nunc quidem praestigiis et beneficiis incantationibusque ita me perturbatum tenere videris, ut quo me expediam prorsus nesciam. Simillimus autem tum forma tum ceteris omnibus torpedini ille marinae videris, quae ut quoscunque appropinquantes et tangentes torpidos reddit, sic tu me nunc torpore quodam affecisti, qui revera et animo et corpore tam stupefactus sim, ut plane nihil possim respondere. Sexcenties iam de virtute permulta et adversus plurimos et, ut mihi quidem visus sum, optime locutus haereo neque ullo paeto invenio quid dicam.“ Habet Menonis in Sileni nostri verriculo palpitanis confessionem; audi iam alterum iuvenis non minus superbi atque generis, formae, divitiarum, potentiae lenociniis corrupti testimoniū, Alcibiadis, quod legimus in eo dialogo, in quo prae ceteris Socratis ut imago ad ipsam veritatem expressa exhibetur, ita virtus et sanctitas ad posteritatis memoriam consecratur, quoque

<sup>72)</sup> Plat. Protag. p. 336. C.: τοῦ διαλέγεσθαι οἶός τ' εἶγαι καὶ ἐπισταθαι λόγον τε δοῦναι καὶ δέξασθαι θαυμάζοιμ' ἀν εἰ τῷ ἀνδρώποντι παραχωρεῖ. Cic. d. orat. III, 16: Socrates omnium eruditorum testimonio totiusque iudicio Graeciae cum prudentia et acumine et venustate et subtilitate, tum vero eloquentia, varietate, copia, quam se cunque in partem dedisset, omnium fuit facile princeps. — Plut. d. gen. Socr. 12: ἀνδρὸς ἀνδρον διαλέγεσθαι καὶ κρατεῖν δυομάτων, ὅπερ Σωκράτης. — Aelian. V. H. II, 30: Πλάτων ἡκούσει Σωκράτους, καὶ ἀπαξ αἰρεθεὶς ὑπὸ τῆς ἐκείνου σειρῆνος etc. — cf. Zeller. L 1. p. 68.

<sup>73)</sup> Magis ad Platonicorum dialogorum similitudinem accedit Xenoph. Convivium, quamquam ne id quidem eleganti morum descriptione eum Platonis potest comparari. cf. Weisk. Quaest. d. Conv. Xen. 6.

<sup>74)</sup> Plat. Menon. p. 13.

<sup>75)</sup> Cf. Plat. Phileb. p. 20. et 28.

neque elegantius neque venustius quidquam tulit antiquitas. Atque Alcibiadis in Conv. p. 255 verba fere haec sunt: „Quoties alias aliorum quamvis bonorum oratorum orationes audimus, nibili fere facimus. At te cum quis audit aut tua verba ab alio quamvis parum facundo relata, sive vir, sive femina, sive adolescens, obstupefacti mente corripimur. Evidem nisi vererer, ne plane ebrios viderer, iureirando interposito vobis affirmarem, qualia hujus verbis et percessus essem et etiamnunc paterer. Nam quoties eum audio, multo magis mibi quam corybantico furore percitis cor concitatur lacrimasque effundo verbis eius commotus. Eodemque modo video alios permultos affectos. Periclem et alios bonos oratores cum audirem, paecclare illi quidem mihi videbantur dicere, sed nihil tale experiebar neque perturbabatur mihi animus neque indignabatur statum suum servilem. Sed ab hocce Marsya ita saepenumero afficiebar, ut me huius mieae vitae admodum poeniteret. Haec ne negaveris, Socrates. Etiam in praesentia si ei aures præbere velim, certo scio me minime toleraturum esse eodemque modo affectum iri. Cogit enim, ut fatear, me quum ipse plurimarum rerum sim elegantissimus, tamen mei minime curam gerentem administrare res Atheniensium. Invitus igitur tanquam a Sirenum cantu aures obturans fugio eius consuetudinem, ne apud eum sedens consenescam. Atque ab hoc solo mihi accidit, quod nemo existimaverit, ut eius me pudeat. Nam conscientia mihi sum, defendere me non posse quin agenda sint, quae iubet, cum vero discesserim, succumbere ambitioni populari. Idcirco fugio eum atque vito et quoties intueor propter concessiones factas erubesco; ut saepe eum e vita decidere percupiam, quod tamen si acciderit multo me gravius laturum esse certo scio. Itaque plane nescio quid hoc homine faciam. Et talia sermonibus huius satyri et ego et multi alii percessi sumus.”

Evidem quamquam vereor, ne latina interpretatio Platonicorum veneres ac veritatem parum reddere potuerit, tamen quomodo sermocinantis Socratis vis mirifica clarius et melius describi demonstrative possit prorsus non reperio. Addo aliud etiam testimonium minoris illud duntaxat fidei, quo etiam quasi magici quiddam tribuitur Socrati, e Pseudoplat. Theage<sup>76)</sup> p. 180, ubi Theages, postquam a Socrate discessisset, omnem disputandi facultatem amisisse confessus: Ἐγώ σοι, οὐκέτι, ἐρῶ, τὸ Σάκρατες, ἀπιστον μὲν τὴν τοὺς θεούς, ἀληθὲς δέ, ἐγώ γὰρ ἔμαθον μὲν παρὰ σοῦ οὐδὲν πάποτε, ὡς αὐτὸς οἶσθα ἐπεδίδοντες δὲ ὅπότε σοι συνείην, καὶ εἰ ἐν τῇ αὐτῇ μόνον οἰκίᾳ εἴην, μὴ ἐν τῷ αὐτῷ δὲ οἰκήματι μᾶλλον δὲ ὅπότε ἐν τῷ αὐτῷ οἰκήματι. Καὶ ἔμοιγε ἐδόκουν πολὺ μᾶλλον, ὅπότε ἐν τῷ αὐτῷ οἰκήματι ὃν λέγοντος σου βλέποιμι πρὸς σέ, μᾶλλον η ὅπότε ἄλλοσε ὁράῃν. πολὺ δὲ μάλιστα καὶ πλεῖστον ἐπεδίδοντες, ὅπότε παρ' αὐτόν σε καθοιμην ἐχόμενός σου καὶ ἀπτόμενος. νῦν δή, η δ' ὅς, πᾶσα ἐκείνη η ἔξις ἐξερρόνειν. — Scitissime autem de hac dicendi vi Plato dicit in Theaetet. p. 183. D.: Ἰππέας εἰς πεδίον προκαλεῖ Σωκράτη εἰς λόγους προκαλούμενος. Hinc Aristophanes in Nubibus Socratem tria numina facit ponentem v. 423: τὸ Χάος τοντὶ καὶ τὰς Νεφέλας καὶ τὴν Γλῶτταν, hinc Idomeneus ap. Diog. Laert. II. p. 101 (Casaub.) δειγόν dicit ἐν ρητορικοῖς, hinc Timon in

<sup>76)</sup> De eius fide V. Hermann. I. I. p. 427 sq.

sillo <sup>77</sup>): Ἐλλήνων ἐπαοιδόν appellat, commodeque Hierocles, philosophus Alexandrinus, ap. Said. s. v. Ιεροκλ. dicit: κύθοις ἔουσιναι τὸν Σωκράτους λόγον· ἀπτώτας γὰρ εἶναι πανταχοῦ, δῆη ἀν πέσωσιν.

Dixi Socrates quam admirabili sermonis vi animos audientium parturbaverit et concusserit; quaerendam deinceps est, quid sit id, quod in sermonibus eius tantum efficerit. Quod in multarum rerum varietate positum etsi ad verborum definitam rationem non facile potest revocari, existunt tamen singularia quaedam, quae ut Socraticum sermonem maxime illustrant et memorabilem reddunt, ita et ipsa referenda videntur in atopis, ars illa obstetricia (*μαιευτική*), quam ipse dicit, alterum, alterum ironia. Ac de obstetricia arte <sup>78</sup>) locus est clarissimus Plat. Theaet. p. 149: Σωκρ. Εἶτα, ὁ παταγέλαστε, οὐκ ἀκήνος φέ ἐγώ εἴμι νίσι μαίας μάλα γενναίας τε καὶ βλοσφράς, Φαιναρέτης; Θεατ. Ἡδη τοῦτο γε ἤκουσα. Σωκρ. Ἀρά καὶ διτηδεύτω τὴν αὐτὴν τέχνην ἀκήνος; Θεατ. Οὐδαμός. Σωκρ. Ἀλλ' εὖ τοδέ δὲ μὴ μέντοι μου πατεῖτης πρὸς τὸν ἄλλον. λέληθα γάρ, ὃ ἔταιρε, ταύτην ἔχων τὴν τέχνην οἱ δὲ, ἀτε οὐδότες, τοῦτο μὲν οὐ λέγουσι περὶ ἡμοῦ, δὲ δὲ ἀποπάτατός εἴμι καὶ ποιῶ τὸν ἀιθρώπους ἀπορεῖν. ή καὶ τοῦτο ἀκήνος; Θεατ. Ἔγωγε. In sequentibus Socrates uberior exponit, quomodo id intellectum velit: Obstetrices parturientibus opitulari, ipsas effetas esse nec iam partus edere; sollertissimas esse ad animadvertisendum numquae gravida sit necone, ad dolores puerperarum vel augendos vel sedandos, ad partum difficultem maturandum et, si opus sit, ad faciendum abortum (secundum Stallb. coni.: καὶ ἐὰν ἀναγκαῖον δόξῃ ἀμβλίσκειν); easdem esse optimas nuptiarum conciliatrices, utpote quae pulcherrime calleant ad generosam prolem procreandam quae quibus aptissime coniungantur. Suam quidem artem id praestare, quod viros, non feminas, quod animos, non corpora partu liberet, maxime quod diligenter examinare possit, utrum simulacrum tantum inane an verum quid et genuinum cogitatione pariatur (βασανίζειν δυνατὸν εἶναι παντὶ τρόπῳ, πότερον εἰδῶλον καὶ ψεῦδος ἀποτίκτει τὸν νέον ή διάνοια ή γόνιμόν τε καὶ ἀληθές). At se quoque sterilem esse et sapientia vacuum, ut haud iniuria sibi obiiciant, interrogare se posse, respondere non posse. Sed qui secum versentur, eos, quamvis rudes videantur, mire proficere, non quo a se quidquam discant, sed quod in ipsis praeclaras res et habeant et inventiant. Hos dies noctesque parturiendi laborare doloribus, quos sua arte vel excitet vel sedet (ταύτην δὲ τὴν ὠδίνα ἐγείρειν τε καὶ ἀποπάτειν ή ἐμῇ τέχνῃ δύναται). Quos vero praegnantes non esse perspexerit, eos nuptai dare, quibuscum aptissime coniungantur, (πάντας εὐμεγῆς

<sup>77</sup>) Ἐκ δι ἀρα τῶν ἀπέκλινε λιθοξόος, ἐννομολέσχης,

Ἐλλήνων ἐπαοιδός, ἀκριβολόγονς ἀποφίνας,

Μυκητὸς ὁγτορόμικτος, ὑπαττικὸς εἰρηνευτής.

<sup>78</sup>) Plat. quaest. Platon. I, 4: δέδει οὐδὲν ἐδίδασκε Σωκράτης, ἀλλ' ἐγδιδοὺς ἀρχὰς ἀποριῶν, ὅπερ ὠδίνων, τοῖς νέοις ἐπήγειρε καὶ ἀνεκίνει καὶ συνεζῆγε τὰς ἐμφύτους νοήσεις· καὶ τοῦτο μαιευτικὴν τέχνην ὑγιάσαν, οὐκέτιδεσσαν ἔξωθεν, ὅπερι ἔτεροι προεποιοῦντο, γέννητοις ἐντυγχάνοντιν, ἀλλ' ἔχοντας οἰκεῖον ἐν ἑαυτοῖς, ἀτελῆ δὲ καὶ συγκεχυμένον καὶ δεόμενον τὸν τρέφοντος καὶ βεβαιοῦντος ἐπιδεικνύονταν.

προμνῶματι, καὶ ξὺν θεῷ εἰπεῖν, πάνυ ἵκανῶς τοπάξω οἷς ἀν ἔνγγενόμενοι δναιντο).<sup>79)</sup> A parturientibus vero si quando non verum fructum, sed deliramentum quoddam abigat et abiiciat, tum succensere maximopere et ita nonnunquam affectos esse, ut vel morsibus se invadere velint. Talia fere Socrates. Nec tamen satis est novisse, quid Plato ipsum de ea re exponentem fecerit: in ipsam obstetriciam tanquam officinam descendamus perlustremusque quasi per transennam supellectilem et instrumentum obstetricium, quo vir strenuus haud scio an pluribus parturientibus opitulatus sit quam ipsa Phaenareta obstetrix strenuissima.

En quaestiuclarum promissimorum apparatus, quibus quamvis minutae et leviculae videantur, incredibile est quantum potuerit: quibus vide quo modo surrepat, percontetur, sermones eliciat, perturbet, scrupulos inserat, infringat, subvertat, conculcat, extirpet radicitus \*). His constat quot quantasque molestias asperserit sophistis, qui quamquam et βραχυλογίας et μακρολογίας se peritos esse profitebantur<sup>80)</sup>, tamen quum tum argutias depictamque concinnitatem aequiparentur, tum exquisita et sucata ornamenta affectarent, longis orationibus, una perpetuitate decurrentibus utebantur, quarum lenociniis facilius possent animos audientium delenire atque fallere. Socrates autem et quod suapte natura ita ferret, et de industria, ut pigmentorum illorum cincinnorumque fallacias removeret, provocabat eos a perpetuarum orationum magnificentia<sup>81)</sup>, in quibus sibi aliisque tantopere placebant, sed quas se piae ingenii videlicet tarditate non assequi simulabat, ad brevissimarum interrogationum responsionumque spinas ac difficultates, quarum laqueis ita irretitos ipsos tenebat, ut quo se verterent, non haberent, sudarent, perturbarentur, ea demum ratione se expedirent, quam futilem esse et inanem omnes intelligerent<sup>82)</sup>. Hanc rationem suam profitetur in Plat. Alcib. I, p. 106. B.: Ἄρα ἐρωτᾶς, εἰ τινα ἔχω εἰπεῖν λόγον μακρόν, οἵονς δὴ ἀκούειν εἴδισαι; οὐ γάρ ἔστι τοιοῦτον τὸ ἔμον. ἀλλ' ἐνδείξασθαι μέν σοι, ὃς ἐγδιμαι,

79) Vide de hac eius arte quasi lenonia, quam μαστοροπείαν appellat, plura Xen. Conv. 3, 10. 4, 56 sq.

80) Plat. Protag. p. 334. E.: Ἀκήκοα γοῦν, ἦν δὲ ἐγώ, ότι σὺ οἶος τ' εἰς καὶ αὐτὸς καὶ ἄλλον διδάξαι περὶ τῶν αὐτῶν καὶ μακρὰ λέγειν, ἐάν βούλῃ, οὕτως, φέτε τὸν λόγον μηδέποτε ἐπιλιπεῖν, καὶ αὖ βραχέα οὕτως, φέτε μηδένα σοῦ ἐν βραχυτέροις εἰπεῖν. εἰ σὺν μέλλεις ἔμοι διαλέξεσθαι, τῷ ἐπέρῳ χρῶ τρόπῳ πρός με, τῇ βραχυλογίᾳ. cf. Gorg. p. 449. C.: καὶ γάρ αὖ καὶ τοῦτο ἐν ἑστιν ὡν φῆμι, μηδένα ἀν ἐν βραχυτέροις ἔμοι τὰ αὐτὰ εἰπεῖν. De eodem Gorgia et Tisia Phaedr. p. 267. B.: συντομιαν τε λόγων καὶ ἀπειρα μήκη περὶ πάντων ἀνεύρον.

81) Plut. d. gen. Socr. 9: διὸ καὶ Σωκράτης ὁ ὑμέτερος δοκεῖ μοι φιλοσοφώτερον χαρακτῆρα παιδείας καὶ λόγου περιβάλλεσθαι, τὸ ἀφελὲς τοῦτο καὶ ἀπλαστόν, ὃς ἐλευθέριον καὶ μάλιστα φίλον ἀληθείας ἐλόμενος τὸν δὲ τύφον, φέπερ τινὰ καπνὸν φιλοσοφίας, εἰς τὸν σοφιστὰς ἀποσκεδάσας.

82) Groen van Prinsterer prosopogr. Platon. p. 48. — Neque tamen plane a perpetuitate orationis abhorruisse Socratem, colligi potest e Platon. dialogis, in quibus haud raro declamatiunculae ei tribuuntur, velut in Critone, in Protag. p. 342, in Gorg. extr., cf. Stallb. prolegg. ad Alcib. I, p. 186, ubi id iniuria quibusdam in Alcibiade I. offensioni fuisse ostendit. cf. Weisk. prolegg. ad Xen. Mem. p. 227.

\*) Cic. de fin. II, 1: Socrates percontando atque interrogando elicere solebat eorum opinionem, quibuscum disserebat.

οἰος τ' ἀν εἶη, δτι ταῦθ' οὐτως ἔχει, ἐὰν ἐν μόνον μοι ἑδέλης βραχὺ ὑπηρετῆσαι. Et Protagorae suavem oratiunculam cum magna et loquentis ipsius et audientium delectatione fundenti supplicat Prot. p. 334. C.: Ὡ Πρωταγόρα, ἐγὼ τυγχάνω ἐπιλήσμων τις ὁν ἀνδρωπος, καὶ εἴνη τις μοι μακρὰ λέγη, ἐπιλανθάρομαι περὶ οὐ ἀν ἦ διάρρηστος. Θέτερο οὖν εἰ ἐπύγχανον ἐπόστροφος ὅν, φῶν ἀν χρῆναι, εἰπερ ἔμελλες μοι διαλέξεσθαι, μετέζον φθέγγεσθαι ἢ πρὸς τοὺς ἄλλους, οὐτω καὶ νῦν, ἐπειδὴ ἐπίλησμοι ἐνέτυχες, σύντεμνε μοι τὰς ἀποκρίσεις καὶ βραχτέρας ποίει, εἰ μέλλω σοι ἐπεσθαι. Item Gorgiae (Gorg. p. 449 B.): Ἀρ' οὖν ἑθελήσας ἀν, θέτερο νῦν διαλεγόμενα διατελέσαι τὸ μὲν ἐρωτῶν, τὸ δὲ ἀποκρινόμενος, τὸ δὲ μῆκος τῶν λόγων τοῦτο, οἷον καὶ Πᾶλος ἥρξατο, ἐξαῦθις ἀποδέσθαι; et vide hos verborum artifices orationumque concinnatores in quantas angustias mox adducat, ut Protagoras iterum iterumque refutatus identidem porro respondere gravetur (p. 332. A. p. 348. B.), in summam consilii inopiam adactus stomachet, denique magis magisque haesitans atque frustra reluctans (ὅμολόγει — συγέψη — ἐπένενσεν — καὶ ἐνταῦθα ἔτι ἐπένενσεν — πάντα μόγις ἐνταῦθα ἐπένενσεν — οὐκέτι ἐνταῦθα οὐτ' ἐπινεῦσαι ἡδέλησεν ἐσίγα τε — p. 360 C. D.) colloquiique pertaesus quin diutius disputet recusat. Gorgias quoque mox variis se difficultatibus irretitum iri sentiens praesentium amicorum rationem habendam esse ait, quos vereatur ne harum rerum taedium iam diu ceperit (p. 458 B.). Sed hi cum omnes se hoc colloquio mirifice delectari fateantur, Gorgias, ne causam suam turpiter deseruisse videatur, invitus in disputatione pergit, quam tamen ne nunc quidem diu sustinens mox iunioribus suis amicis ac discipulis tradit (p. 461 B.); cf. Calliclis propemodum desperantis verba p. 497 C.: Ἐρώτα δὴ σὺ τὰ συνηρά τε καὶ στενὰ ταῦτα, ἐπείπερ Γοργίᾳ δοκεῖ οὐτως. Apud Xenophontem autem eundem quaestiuicularum apparatus haberi, quia id vel leviter insipienti manifestum est, non est quod moneam; unum testem proferre sufficiet Hippium Eleum et ipsum obstetriciis illis instrumentis non semel petitum Mem. IV, 4, 9: Ἀριεῖ, δτι τῶν ἄλλων καταγελᾶς ἐρωτῶν μὲν καὶ ἐλέγχων πάντας, αὐτὸς δὲ οὐδενὶ θέλων ὑπέχειν λόγον οὐδὲ γνώμην ἀποφαίνεσθαι περὶ οὐδενός.

At quid argumenti minutis his quaestionibus expromsit? Dices primo aspectū virum sapientiae locupletissimum

#### vilia vendentem tunicati scruta popelli:

adeo in tritissimis fere maximeque vulgaribus rebus videtur occupatus adeoque semper in ore habet<sup>83)</sup> equos, asinos, mulos, greges, lapides, ligna, ollas, vestes, servos, sartores, fullones, coriarios, coquos, agricolas, tibicines, medicos, textores, pictores, statuarios, piscatores, figulos, gubernatores, pistores, equisones, pastores, venatores, mercatores, caupones, fabros omnis generis et eiusmodi sexcenta\*). Quare Alcibiades in Plat. Conv. p. 221: καὶ οἱ λόγοι αὐτοῦ ὄμοι-

<sup>83)</sup> Si Socratis sermones repentes per humum cognoveris, vide, quae Strepsiadi quaerenti, cur in corbe ex aere suspensus sit, respondeat, quo iure Aristophanes fecerit respondentem (Nub. p. 227 sq.).

\*) Mirabilis sane est etiam qua Socrates utitur iurandi formula illa: νὴ τὸν κύνα, quae saepe numero legitur apud Platonem, (velut Gorg. p. 466 C. 482 B. Charm. p. 172 E. Phaed. p. 98 E. Lys. p. 211 E. Apol. p. 22 A. Rep. III, p. 399 E. Hipp. I, p. 287 extr.). Alii etiam per anserem, platanum, quercum,

ότατοι είσι τοῖς Σειληνοῖς τοῖς διοιγομένοις. εἰ γάρ ἐθέλει τις τῶν Σωκράτους ἀκούειν λόγων, φανεῖεν ἀν πάνυ γελοῖον τὸ πρῶτον· τοιαῦτα καὶ δυόματα καὶ ὅγματα ἔξωθεν περιαμπέχονται Σατέρον ἀν τινα ὑβριστοῦ δοράν. δυνος γάρ κανθηλίους λέγει καὶ χαλκέας τινὰς καὶ σκυτοτόμους καὶ βρροσοδέψας, καὶ ἀεὶ διὰ τῶν αὐτῶν ταῦτα φαίνεται λέγειν, ὡςτε ἀπειρος καὶ ἀνόητος ἀνθρωπος πᾶς ἀν τῶν λόγων καταγελάσειε. Et Callicles in Gorgia p. 490 A.: Νὴ τοὺς θεοὺς, ἀτεχνῶς γε ἀεὶ σκυτέας τε καὶ κναφέας καὶ μαγείρονς λέγων καὶ λατροὺς οὐδὲν πάνει, ὡς περὶ τούτων ἡμῖν δυτα τὸν λόγον. Adde Critiam, qui cum hanc Socratis disserendi rationem plus in recessu habentem quam fronte promitteret, probe sciret, (Mem. I, 2, 37): Ἀλλὰ τῶνδε τοῖς σε ἀπέχεοθαι, inquit, δεήσει, φ Σώκρατες, τῶν σκυτέων καὶ τῶν τεκτόνων καὶ τῶν χαλκέων καὶ γὰρ οἷμαι αὐτοὺς ἡδη κατατετριφθαι διαθρυλονυμένονς ἐπὸ σοῦ. Et vide quam festive Hippiam, hominem nitidissimum, cavilletur, cum eum percontetur de ollarum pulchritudine; et ille horroris plenus: Ω Σώκρατες, τις δ' ἐστὶν ὁ ἀνθρωπος; ὡς ἀπαιδευτός τις, δις οὕτω φαῦλα δυόματα δυομάζειν τολμᾷ, ἐν σεμνῷ πράγματι. Tum Socrates: Τοιοῦτος τις, φ Ιππία, οὐ κομψός, ἀλλὰ συρφετός, οὐδὲν ἄλλο φροντίζων η τὸ ἀληθές. Hipp. Maj. p. 288 D. Quid? quod paullo post de tuniculae pulchritudine quaerit p. 290. D., quod Hippias aegerrime ferens: οὐ μέντ' ἀγαθες τῷ ἀνθρώπῳ τοιαῦτον ἐρωτῶντι διαλεγούμην. Socrates contra: ὅρθως γε, φ φίλε· σοὶ μὲν γάρ οἴκα ἀν πρέποι τοιούτων δυομάτων ἀναπίπλασθαι, καλάς μὲν οὔτωσι ἀμπεχομένω, καλάς δὲ ὑποδεδεμένω, εὐδοκιμοῦντι δὲ ἐπὶ σοφίᾳ ἐν πᾶσι τοῖς "Ελλησιν. cf. Euthyphr. p. 13. Gorg. p. 497. B. C. Quo singulari loquendi genere ita erat assuetus, ut ne in ipso quidem mortis discrimine se eo abstineret idque ne iudicibus offensioni esset excusandum esse putaret Apol. p. 17. C.: ἐάν διὰ τῶν αὐτῶν λόγων ἀκούντε μον ἀπολογομένον, δι' ὅνπερ εἴσθα λέγειν καὶ ἐν ἀγορᾷ ἐπὶ τῶν τραπεζῶν, ἵνα διῆνται πολλοὶ ἀκηδάσι, καὶ ἄλλοι, μήτε θαυμάζειν μήτε θορυβεῖν τούτους ἔνεπα. cf. p. 27 A. B. — At qui non satis habeat primoribus tantum labris attigisse, eum in tanta involucrorum vilitate praeclarissimos sapientiae humanitatisque fructus atque flores invenire cum apud omnes constat tum prae dicatur ab eodem Alcibiade in Conv. p. 221 A.: διοιγομένονς δὲ ἴδον αὖ τις καὶ ἐντὸς αὐτῶν γηγνόμενος πρῶτον μὲν τοῦτον ἔχοντας ἔγδον μόνονς ενρήσει τῶν λόγων,

---

arietem iurasse tradunt. De qua re quae Stallbaum. ad Apol. p. 22 collegit, iis adde Suid. s. v. Ραδαμάνθυος ὄρκος: ὁ κατὰ χηνὸς η κηνὸς η πλατάνου η κριοῦ η τινος ἄλλου τοιούτου. — — Τοιοῦτοι καὶ οἱ Σωκράτους ὄρκοι, et quem laudat Kusterus Philostr. VI, de vit. Apoll. c. 9: Σωκράτης τὸν κέντα καὶ τὸν χῆνα καὶ τὴν πλάτανον ὄμνων, οὐχ ὡς θεούς, ἀλλ ἵνα μὴ θεοὺς διηνύῃ. Cf. Suid. s. v. χῆνα διηνύναι: ὑπὲρ τοῦ μη τοὺς θεοὺς ἐπὶ πᾶσιν δυομάζειν Ραδάμανθυς ἐκέλευε κατὰ χηνὸς καὶ κριοῦ διηνύγαι· οὐχ, ὡς τινες, Σωκράτης, eundemque s. v. Λάμπων: πρῶτοι Σωκρατικοὶ ἐπετίθενσαν οὕτως διηνύναι (sc. τὸν χῆνα etc.). Quamquam autem quod et veteres et Stallbaumius Socratem ita iurasse existimant, quia per deos iurare noluisset, nullo modo placet, quoniam, si id verum esset, neque Plato neque Xenophon sexcenties per Iovem aliosque deos iurantem induxisse, tamen nihil habeo, quod proferre ad rem profligandam possim. Hoc addiderim, hanc formulam, etsi Socratis Socraticorumque et videatur et dicatur propria, temen apud Aristophanem quoque deprehendi Vesp. 83.

ἔπειτα θειοτάτους καὶ πλεῖστ' ἀγάλματ' ἀρετῆς ἐν αὐτοῖς ἔχοντας καὶ ἐπὶ πλευστον τείνοντας, μᾶλλον δὲ ἐπὶ πᾶν ὅσον προσήκει σκοπεῖν τῷ μέλλοντι καλῷ πάγαδῷ ἔσεσθαι.

His igitur instrumentis et sophistas et alios petebat Socrates eadem de iisdem saepe repetens<sup>84)</sup> et notissimas res religiose ex hominibus exquirens<sup>85)</sup>, et circa tritissima quaeque cum prope tetrica diligentia versans. Verum a quotidianis vulgaribusque rebus iisque interrogationibus orsus, a quibus nihil sibi alii metuendum suspicarentur, his initis insistens eo gradatim perveniebat, ut et adversariorum quae videbatur doctrina et sapientia repente tota corrueret<sup>86)</sup>, et familiares praeclarissimarum sententiarum fierent participes ita, ut ipsi sibi invenisse viderentur. Eo pertinet, quod Nicias dicit in Lachete p. 179. E.: Οὐ μοι δοκεῖς εἰδέναι, ὅτι δέ ἀνὴρ γένει καὶ πλησιάζῃ διαλεγόμενος, ἀνάγκη αὐτῷ, εἰὰν ἄρα καὶ περὶ ἄλλον τον πρότερον ἀρέται διαλέγεσθαι, μὴ παύεσθαι ἐπὸ τούτον περιαγόμενον τῷ λόγῳ, ποὺν ἀνὴρ ἐμπέσῃ εἰς τὸ διδόναι περὶ αὐτοῦ λόγον, δυτινα τρόπον νῦν τε ζῆ καὶ δυτινα τὸν παρεληνθότα βίον βεβίωντεν ἐπειδὴν δὲ ἐμπέσῃ, ὅτι οὐ πρότερον αὐτὸν ἀφῆσει Σωκράτης, ποὺν ἀνὴρ βασανίσῃ ταῦτα εὖ τε καὶ καλῶς ἀπαντα. Hoc autem est illud argumentandi genus, quod sumitur per inductionem, quod Aristoteles cum definiendi sollertia cummaxime Socrati tribendum esse censem (Metaph. XII, 4: δύο γάρ ἔστιν ἀ τις ἀνὴρ ἀποδόη Σωκράτει δικαιώσει, τοὺς τ' ἐπαντικοὺς λόγους καὶ τὸ δρίζεσθαι καθόλον.), quodque Quintilianus V, 11, 3 ita describit: „nam illa, qua plurimum est Socrates usus, hanc habuit viam: cum plura interrogasset, quae fateri adversario necesse esset, novissime id de quo quaerebatur inferebat, cui simile concessisset.“ Cum enim Eleatae et Eristici qui dicuntur singulas res ita proponerent, ut eas statim ad notionem suam revocarent<sup>87)</sup>, Socrates eas ut concretas quas dicunt proponebat, cum aliis componebat

<sup>84)</sup> Vid. Plat. Gorg. p. 490 E.: Καλλ. Ὡς ἀεὶ ταῦτα λέγεις, ὁ Σωκράτες. Σωκρ. Οὐ μόνον γε, ὁ Καλλίκλεις, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν αὐτῶν. Conv. p. 221 E.: καὶ ἀεὶ διὰ τῶν αὐτῶν ταῦτα φαίνεται λέγειν. Xen. Mem. IV, 4, 6: Ἐτι γάρ σύ, ὁ Σωκράτες, ἔκεινα τὰ αὐτὰ λέγεις, ὁ ἐγὼ πάλαι ποτέ σου ἤκουοντα; Καὶ δὲ οὐ Σωκράτης. Ὁ δέ γε τούτον δεινότερον, ἐφη, ὁ Ἰππία, οὐ μόνον ἀεὶ τὰ αὐτὰ λέγω, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν αὐτῶν.

<sup>85)</sup> Zeller, I. I. p. 68 sq.: Die Untersuchungen des Xenophontischen Socrates mögen uns freilich oft trivial und langweilig erscheinen, und wenn wir nur auf das Resultat für den besondern Fall sehen, mögen sie es auch nicht selten sein; dass z. B. der Waffenschmidt den Panzer dem Körper des Tragenden anpassen müsse (Mem. III, 10, 9 sq.), dass die Körperspflege vielfache Vortheile gewähre (ibd. III, 12, 4), dass man sich durch Wohlthaten und Aufmerksamkeit Freunde erwerbe (II, 10, 6, 9 sq.) diese und ähnliche Sätze, die Socrates oft breit genug ausführt, enthalten allerdings weder für uns etwas Neues, noch können sie ein solches für die Zeitgenossen des Philosophen enthalten haben. Das Neue und Bedeutende solcher Ausführungen liegt aber auch nicht in ihrem Inhalt, sondern in ihrer Methode, darin, dass jetzt erst mittelst des Denkens ausgemacht werden sollte, was vorher nur unmittelbare und untersuchte Voraussetzung und bewusstlose Fertigkeit gewesen war, etc.

<sup>86)</sup> Groen van Prinsterer I. I. p. 49.

<sup>87)</sup> Plat. Phileb. p. 17. A.: οἱ δὲ νῦν τῶν ἀνθρώπων σοφοὶ ἐν μὲν ὅπος ὁν τύχωσι θάττον καὶ βραδύτερον ποιοῦσι τὸν δέοντος, μετὰ δὲ τὸ ἐν ἀπειρα εὐθύνει τὰ δὲ μέσα αὐτοὺς ἐκφεύγει, οἵ διακεχώρισται τό τε διαλεκτικῶς πάλιν καὶ τὸ ἐριστικῶς ἡμᾶς ποιεῖσθαι πρὸς ἀλλήλους τοὺς λόγους.

ac deinceps demum quid commune haberent investigans notionem ac definitionem in medio ponebat. Id Diogenes Laert. videtur significasse cum diceret: ἦν γάρ ικανὸς ἀπὸ τῶν πραγμάτων τοὺς λόγους εὑρίσκειν (II, p. 107). Hac inductionis ratione quid quantumque efficerit, quomodo iuvenes viros senes modo frenos modo calcariā addens exercuerit, quomodo punxerit atque aculeos in eorum mentibus reliquerit, quomodo errores, quos cum lacte nutricis suisse videbantur, extorserit, id si e Platone vel Xenophonte discere velis, quamlibet paginam evolve, sin ex historia volueris perspicere, vide quot quantique viri — meros principes iure appellaveris — ex eius institutione et disciplina profecti esse dicantur. Mirabilis igitur ille quaestiuclarum apparatus, mirabilis illa supellex fabrilis, omnium autem maxime mirabilis fuit illa mentis sagacitas atque acumen, quo spinosissima persequeretur et endaret, occultissima indagaret atque perspiceret. Quamvis longa esset interrogatiuclarum et responsiuclarum series, quamvis erratico lapsu et multiplici serperet disputatio, quamvis perplexa sententiarum fieret ratio, semper gubernaculum sermonis certissima manu tenebat et quo cursum dirigeret manifestum ac propositum habebat. Id ut omnino fieri non potuit nisi in homine prope divina ingenii vi instructo, sic tam insolitum et singulare fieri non potuit, nisi ad naturam tanta ingenii exercitatio et contentio accessisset, quam tam in omni Socratis vita in subtilissimarum rerum meditatione penitus occupata ac defixa reperimus, tum ex re, quam veteres scriptores tradunt, perspicere possumus et ipsa perquam singulari. Narrat enim Alcibiades apud Platonem haec (Conv. p. 220): Socratem, quo tempore in exercitu Potideam obsidente esset, cum aliquando cogitatio quaedam incidisset, stetisse meditandum eodem vestigio a matutino tempore, cumque ei res non prospere cessisset, perstisset sine intermissione. Sic venisse meridiem. Milites autem, qui id sensissent et admirati essent, alios aliis narrasse, Socratem inde a primo mane stare in cogitatione defixum. Denique cum iam advesperasceret, Ionicos quosdam milites coenatos prius strata sua circa eum posuisse iacuisseque sub divo observantes num per noctem quoque perseveraret. Socratem autem stetisse usque ad auroram sequentem; tum abisse cum orientem solem salutasset<sup>ss)</sup>). Eadem res usu venit in exordio Convivii Platonici. Aristodemus, ἀρνπόδητος ille δεῖ, cum Socrati ad Agathonis coenam eunti obviam factus sit, umbra in convivio adesse iussus eum comitatur. Iam in itinere Socrates cogitabundus lente ingredi, subsistere identidem, denique iubere ut praebeat. Ita fit, ut Aristodemus solus in triclinium Agathonis deveniat. Hic de Socrate pércontatus mittit puerum, qui quaerat et arcessat. Nuntiat puer δὴ τι Σωκράτης οὗτος ἀναχωρήσας ἐν τῷ τῶν γειτόνων προθύρῳ ἔστηκε καὶ οὐ καλοῦντος οὐκ ἴθέλει εἰςτέγαι. Iterum missurum retinet Aristodemus, qui: Μηδαμῆς, inquit, ἀλλ' ἔστε αὐτόν. Εἴδος γάρ τι τοῦτ' ἔχει ἐνιστεῖ ἀποστὰς δοι αὐτῷ,

ss) Cf. Diog. Laert. II, p. 103. Et vide ut vera cum falsis contaminaverit Aristoph. Nub. 700:  
 Φρόντιζε δὴ καὶ διάδρει, πάντα τρόποι τε σαντὸν  
 στρόβει πυκνώσας.  
 ταχὺς δὲ δταν εἰς ἀπορογ πέσης,  
 ἐπ' ἄλλο πήδα,  
 νόημα φρενός· ὅπνος δὲ ἀπέστω γλυκύθυμος δημάτων.

εστηκεν. Tandem media iam coena intrat Socrates, ὃς εἰώθει, διατρίψας, et Agatho: Δεῦρο, inquit, Σώκρατες, παρ' ἐμὲ κατάκεισο, ἵνα καὶ τὸν σοφοῦ ἀπτόμενός σου ἀπολαύσω ὁ σοὶ προσέστη ἐν τοῖς προδύροις. δῆλον γὰρ ὅτι εὑρες αὐτὸν καὶ ἔχεις· οὐ γὰρ ἀν προσπέστης. Gellius hanc miram rem tradit hoc modo (Noct. Att. II, 1): „Inter labores voluntarios et exercitia corporis ad fortuitas patientiae vices firmandi id quoque accepimus Socratem facere insueuisse. Stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu perdius atque pernox a summo lucis ortu ad solem alterum orientem, inconnivens, immobilis, iisdem in vestigiis et ore atque oculis eundem in locum directis cogitabundus, tanquam quodam secessu mentis atque animi facto a corpore. Quam rem cum Favorinus de fortitudine eius viri ut pleraque disserens attigisset, πολλάκις, inquit, ἐξ ἡλίου εἰς ἥλιον ἐστήκει ἀπτραβέστερος τῶν πρέμυνων.“ Hanc mirabilem Socratis rationem aliter alii explicaverunt. Ac Gellium corporis exercendi studio tribuisse videmus, quod sine dubitatione reprobabimus; Hegelium autem eum statum quem medici dicunt catalepticum vocasse<sup>89)</sup>, id vel ipsum ἀτοπον dicerem, nisi alios fuisse videre, qui Socratem vel in fanaticorum et alucinatorium tabulas referrent<sup>90)</sup>. Eius autem rei quid magis in promtu est quam ipsius Platonis uti interpretatione, qui profecto non scripsisset, quemadmodum scripsit (ξεννοήσας αὐτὸς ἐωθέν τι ειστήκει σκοπῶν, καὶ ἐπειδὴ οὐ προύχωρει αὐτῷ, οὐκ ἀνίει ἀλλὰ ειστήκει ζητεῖν, atque altero loco: παρ' ἐμὲ κατάκεισο, ἵνα καὶ τὸν σοφοῦ ἀπτόμενός σου ἀπολαύσω ὁ σοὶ προσέστη ἐν τοῖς προδύροις. δῆλον γὰρ ὅτι εὗρες αὐτὸν καὶ ἔχεις· οὐ γὰρ ἀν προσπέστης.), nisi et ipse et aequales eius tali consuetudini Socratem indulgere credidissent in acerrima et tenacissima meditatione defixum<sup>91)</sup>. Erat videlicet singulare exercitationis quoddam genus, quo vir strenuissimus naturam suam et mentem fatigaret subigeret durissima disciplina constringeret. Ex tali autem palaestra mens illa prodiit adversus omnem laborem callo quodam obducta, tam versatilis quam robusta, quae cum per illum quaestiuncularum exilium rerumque vilissimarum apparatus modo

89) Hegel. I. l. II, p. 51: Dies ist ein kataleptischer Zustand, der mit dem Somnambulismus, Magnetismus Analogie, Verwandtschaft haben mag, worin er als sinnliches Bewusstsein ganz abgestorben war, — ein physisches Losreissen der innerlichen Abstraction vom konkreten leiblichen Sein, ein Losreissen, in dem sich das Individuum von seinem innern Selbst abscheidet; und wir sehen aus dieser äussern Erscheinung den Beweis, wie die Tiefe seines Geistes in sich gearbeitet hat.

90) Cf. de hac re Hermann. I. l. p. 322. p. 289 et Zeller. I. l. p. 27.

91) Bene de ea re Steinhartus proleg. ad Conv. p. 258 sq.: Die Weisheit, die in allen seinen Reden hervorleuchtet, tritt besonders in der Selbstvergessenheit hervor, mit welcher er oft Tage und Nächte lang zur Verwunderung der Menge in derselben Stellung verharrend, der Speise und des Schlafs nicht gedenkend, irgend einer grossen Wahrheit nachdenkt; ein Zug, der in der Doppelnatur des Socrates einer der bezeichnendsten ist. Denn wenn man auch alle Vorstellungen von einer religiösen Beschädllichkeit, die dem griechischen Volkcharakter überhaupt und auch dem des Socrates fremd ist, oder gar von einer schwärmerischen Ekstase fern hält, so ist sie doch ein ungewöhnliches Zeichen der tiefen ganz in die höchsten Gedanken versenkten Einkehr eines reichen Geistes in sich selbst, deren er von Zeit zu Zeit bedarf, um von einer Klarheit zur andern fortzuschreiten und zugleich ein Beweis, dass der wahre Weise sich bis zu einem gewissen Grade über die Notwendigkeit des leiblichen Bedürfnisses erheben kann.

transluceret modo perrumperet, factum est, quod supra diximus, ut se torpedine quadam tactos vel a praesente Satyro perturbatos crederent homines et obmutescerent.

Sequitur ut de ironia pauca dicam, qua dubium non est quin haud minima ex parte effectum sit, ut Socrates semper suus in disputando esse videretur. Fuit autem perpetua disputatio-  
num eius comes atque ita per omnem eius sermonem erat fusa, ut iure Alcibiades dixisse videatur: εἰρωνεύμενος καὶ πάντα τὸν βίον πρὸς τὸν ἀνθρώπους διατελεῖ. Plat. Conv. p. 216. E. Iam vero subtilius re pervestigata atque cum universa Socratis ratione comparata duo eius genera esse appareat. Alterum, ubi valet illud: εἰρωνεία ἐστι προσπολησις ἀδυναμίας ὡν τις δύναται ποιεῖν, ita comparatum erat, ut, cum de se ipse detrahens in disputatione plus tribueret iis, quos volebat refellere, longe lepore et humanitate praestaret omnibus <sup>92)</sup>). Quod eam Plato cum admodum festiva et faceta urbanitate pinxerit, sive Silenus noster summa admiratione Protagoram prosequens (Protag. p. 328), sive stupens Euthydem sapientia (Euthyd. p. 271. 72.), sive Polo submisso cedens (Gorg. p. 461.), sive trucis Thrasymachi formidine perculsus (Rep. I, p. 336.), sive in summas angustias adductus a Dionysodoro (Euthyd. p. 293. p. 300.) vel a Protagora (Prot. p. 339 extr.) inducitur, quos tamen omnes brevi ita conficit, ut conturbati ad silentium sint redacti idque minime dura horrida agresti ratione, sed sermone singulari humanitate condito <sup>93)</sup>, quem iure dixeris

urbanī, parentis viribus atque

Extenuantib; eas consulto —

admirabile quantum delectari nemo non potest. Atque haec quidem ironia nescio an nihil fere nisi dicendi quoddam genus possit videri in eo positum <sup>94)</sup>, ut homo sapientissimus per dissimulatiam, quasi ipse tenuis homunculus nullius rei scientiam teneret, inflatos adversarios illuderet atque deridendos propinaret. Alterum autem genus res est valde seria minimeque in ludificantis tantum instrumento ioculari habenda. Nisi enim extremis quod dicitur digitis rem attingimus, illud nos fugere non potest, ironiam Socraticam magnam partem non specie quadam, sed veritate, non simulata, sed vera ignorantia contineri. Qui cum id cum sophistis commune haberet, ut omnibus rebus ad mentis suae iudicium revocatis nihil verum esse statueret, nisi quod cognitam perspectumque esset, nequedum cognitiones suas ad certam doctrinam rationemque dispositas et conclusas haberet, non iniuria se nihil certo scire identidem profitebatur. Quamobrem iactante Thrasymacho: ἵνα Σωκράτης τὸ εἰωθός διαπράξηται, αὐτὸς μὲν μὴ ἀποκρίνηται, ὅλον δὲ ἀποκρινομένον λαμβάνῃ λόγον καὶ ἐλέγχῃ, respondet Socrates: πῶς γὰρ ἂν τις ἀποκρίναιτο μὴ εἰδὼς μηδὲ φάσκων εἰδέναι etc. (Plat. rep. I, p. 337. E.), idemque Theaet. p. 150. C.: ἀγονός εἴμι σοφίας, inquit, καὶ ὅπερ ἤδη πολλοὶ μοι ὑπειδίσαν, ως τὸν μὲν ὄλλονς ἔρωτος, αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἀποκρινομαι περὶ οὐδενὸς διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν σοφὸν, ὀληθὲς δηειδίζοντι <sup>95)</sup>).

<sup>92)</sup> Cic. d. orat. II, 67. d. off. I, 30, 108. Acad. II, 5, 15.

<sup>93)</sup> Groen v. Prinsterer l. l. p. 48 sq.

<sup>94)</sup> Cf. Plat. Gorg. p. 489. E. Symp. p. 218. D. Xen. Mem. IV, 2.

<sup>95)</sup> Cf. Plat. rep. I, p. 337. A. et Conv. p. 216. D.: καὶ ἀγνοεῖ πάντα καὶ οὐδὲν οἶδεν.

Quod cum ita sit, rectissime Zellerus de ea re dixisse videtur (l. l. p. 49.): „Das eigentliche Wesen der Socratischen Ironie besteht darin, dass Socrates ohne eigenes positives Wissen und vom Bedürfniss des Wissens getrieben sich an Andere wendet, um von ihnen zu lernen, was sie wissen, unter dem Versuche aber, dieses auszumitteln, auch ihnen ihr vermeintliches Wissen in der dialectischen Analyse ihrer Vorstellungen zerrinnt.“ Cum his conferenda sunt quae disputat Hermannus l. l. p. 242 sq.<sup>96)</sup>). Sed sive hoc, sive illo genere utens εἰρῶν ille homines mirifice punxisse putandus est.

Dixi de atopis, quae sermonem Socratis conspicuum redderent; querendum est deinceps num quid sit aliud, quod in usu et consuetudine cum eo versantibus singulare visum sit. Atque illud quomodo non admirationem quandam debebat excitare, quod Socrates semper se amatorem esse prae se ferebat. Deperibat autem cum adolescentes tum maxime formosos. Quare Alcibiades in Conv. p. 216. D.: ὅρατε γάρ, οὗτι Σωκράτης ἐρωτικός διάκειται τῶν καλῶν καὶ ἀεὶ περὶ τούτους ἔστι καὶ ἐκπέπληκται, et ipse ibid. p. 177. E.: οὐδέν φῆμι ἄλλο ἐπίστασθαι ἢ τὰ ἐρωτικά, et Xen. Mem. II, 6, 28: δεινῶς γάρ, ὃν ἀν ἐπιθυμήσω ἀνθρώπων, ὅλος φρεμμαὶ ἐπὶ τὸ φιλῶν τε αὐτὸνς ἀντιφίλεισθαι ὑπὲρ αὐτῶν καὶ ποθῶν ἀντιποθεῖσθαι, καὶ ἐπιθυμῶν ξυγεῖναι καὶ ἀντεπιθυμεῖσθαι τῆς ξυνονοσίας<sup>97)</sup>). Eam ob rem a primo mane maxime in gymnasiis circa iuvenes formosos versatur, ambit, sectatur, sermonibus petit, incensus est amore amatoriamque artem et callere et exercere naviter profitetur. Constat quamdiu Alcibiadem sectatus sit<sup>98)</sup>), cuius rei testis est ipse iuvenis superbiens ap. Plat. Alcib. I, p. 104. D.: ἐγὼ γάρ τοι ἐγ γένοι — ἐρέσθαι, τι ποτε βούλει καὶ εἰς τίνα ἐπίτιδα βλέπων ἐροχλεῖς με, ἀεὶ δέπον ἀν ἐπιμελεστατα παρών. τῷ οὗτι γάρ Σανμάζω, ὃ τι ποτὲ ἔστι τὸ σὸν πρᾶγμα καὶ ἡδιοτὸν πνεύματη<sup>99)</sup>). Quid? quod vixdum Potidaea reversus nihil habet antiquius quam ut e Critia quaerat: „περὶ φιλοσοφίας ὅπως ἔχοι τὰ νῦν, περὶ τε τῶν γένεων, εἰ τινες ἐν αὐτοῖς διαφέροντες ἢ σοφίᾳ ἢ κάλλει ἢ ἀμφοτέροις ἐγγεγονότες εἰεν.“ Plat. Charm. p. 153 extr. Sic semper amoris plenus et amatoriis studiis intentus cum ubiubi amandos quaerat et venetur, venatoriae quoque artis peritissimum se esse praedicat Xen. Mem. II, 6, 29<sup>100)</sup>), et, quasi in amatoriis

96) „Dass der Sophistik ein ähnliches Ziel vorschwebte, ist sicher, eben so sicher aber auch, dass sie nie dazu gelangen konnte, so lange sie sich nicht entschloss, wie Socrates das eigene Urtheil ganz in den Hintergrund treten zu lassen und ruhig zuzuwarten, worauf die Sache selbst in ihrer natürlichen Entwicklung den Forschenden hinausführe; dies vermochte erst Socrates mit seiner bekannten Ironie, die jedoch eben deshalb ja nicht als blosse Verstellung, sondern als die natürliche Anwendung des obigen Grundsatzes zu betrachten ist, auch dasjenige, wovon er subjectiv durchdrungen war, nicht eher mit Gewissheit auszusprechen, als bis es ihm selbst durch genaue und unbefangene, wo möglich gemeinschaftliche Betrachtung objectiv geworden wäre.“

97) Cf. de eadem re Plat. Conv. p. 212. B., Lysid. p. 204. B. Phaedr. p. 227. C. Conv. p. 214. E. p. 219. C. Xenoph. Conv. III, 3. VIII, 13. Plat. Men. p. 76. C. Constat autem, Favorinum philosophum librum scripsisse de Socrate eiusque arte amatoria. Suid. Lex. s. v. Φαβωρίγος.

98) V. Plut. Alcib. I.

99) Cf. Conv. p. 213. B. C.

100) Διὰ γάρ τὸ ἐπιμελεῖσθαι τοῦ ἀρέσαι τῷ ἀρέσκοντί μοι οὐκ ἀπείρως οἶμαι ἔχειν Σηράν τοντον.

rebus sedem ac domicilium fixerit, etiam lenoniam artem profitetur homo admirabilis Plat. Theaet. p. 149. <sup>101</sup>). Xen. Conv. 3, 10. 4, 56 sq. <sup>102</sup>).

At hic habitus amatorius quamvis cum nostrae aetatis mori alienus tum in sapientissimo viro nobis singularis videatur, iure tamen quodam dubitaverit quispiam rectene in atoporū numero recenseatur. Puerorum enim adolescentiumque amorem apud Graecos ita usu peryagatum fuisse constat, ut in Doriensium civitatibus et patriis institutis niteretur et tanti momenti in educanda iuventute videretur, ut opprobrio fuerit adolescentibus, si amatores non haberent <sup>103</sup>). Omnino autem puerorum formam Graecorum oculos animosque non solum commovisse, sed perculisse vehementissime, id praeter ceteros coniicere licet e Xenophontis convivio, ubi talis pulchritudo regium quiddam appellatur <sup>104</sup>) atque puer inducitur, cuius venustatem aspicientium nemo est quin summopere permovereatur ita, ut mox alii obmutescant, alii gestant voluptate <sup>105</sup>); quid? quod paullo post Critobulus deos omnes testatur, nolle se regis imperium potius quam formae praestantiam, qui cum leges <sup>106</sup>) quam inflammatus quantisque laudibus ornet ac celebret puerorum adolescentiumque pulchritudinem, vix quidquam esse iudicabis, in quo nostri mores abhorreat magis. Ea res igitur cum tam communis esset, fuitne cur in Socrate videretur singularis? Fuit sane nec iniuria id Alcibiades (Cov. p. 216 D.) in atopis retulisse putandus est, propterea quod Socratis amor magnum quiddam distabat a more illo communi, qui sive honestus erat, qualem Spartanorum fuisse affirmat Müllerus <sup>107</sup>), intima omnis victus continebatur consuetudine et familiaritate, sive dishonestus, solam libidinem spectabat. Socratis autem amor id solum agebat in eoque totus erat, ut cum iuvenibus, quos sibi conciliaverat, disputans et sua et ipsorum causa veritati investigande operam daret, in quo consuetudinis genere quam benevolē comiterque versatus sit, appareat ex Phaedonis narratione Plat. Phaed. p. 89 A. B. <sup>108</sup>), quanta vero castitate ac sanctimonia fuerit,

<sup>101</sup>) πάνν εὐμενῶς προμνῶμαι καὶ ξὺν θεῷ εἰπεῖν, πάνν ικανῶς τοπάξω οἵς ἀν ξυγγενόμενοι δύαιντο.

<sup>102</sup>) Σὺ δὲ δὴ, ἐφη ὁ Καλλίας, ἐπὶ τίνι μέγα φρονεῖς, οἱ Σώκρατες; καὶ δὲ μάλα σεμνῶς ἀνασπάσας τὸ πρόσωπον, ἐπὶ μαστροπείᾳ, εἶπεν.

<sup>103</sup>) Cic. d. rep. fragm. IV, 5, 5. 10.

<sup>104</sup>) 1, 8.: ἡγήσατ' ἀν φύσει βασιλικόν τι κάλλος εἶναι.

<sup>105</sup>) 1, 9.: οἱ μέν γε σιωπηρότεροι ἐγίγνοντο, οἱ δὲ καὶ ἐσχηματίζοντό πως. Cf. Plat. Charm. p. 154. C.

<sup>106</sup>) 4, 11.: ὅμνυμι πάντας θεοὺς, μὴ ἀν ἑλέσθαι τὴν βασιλέως ἀρχὴν ἀντὶ τοῦ καλὸς εἶναι. Cf. sqq.

<sup>107</sup>) In libro qui est de Doriensibus II, p. 289 sq.

<sup>108</sup>) Ἐγωγε μάλιστα ἔδανμασα αὐτοῦ πρώτον μὲν τοῦτο, ὃς ἡδέως καὶ εὐμενῶς καὶ ἀγαμένως τῶν νεανίσκων τὸν λόγον ἀπεδέξατο, ἐπειτα ἡμῖν ὡς δέξεως ἥσθετο οἱ πεπόνθειμεν ἐπὸ τῶν λόγων, ἐπειτα ὡς εὖ ἡμᾶς ίάσατο καὶ ὀξπερ πεφευγότας καὶ ἡττημένους ἀνεκαλέσατο καὶ προστρέψε ρόδες τὸ παρέπεσθα τε καὶ ξυσκοπεῖν τὸν λόγον. — — — Ἐτυχον γάρ, ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ καθήμενος παρὰ τὴν κλίνην ἐπὶ καμαιξῆλον τινός, ὃ δὲ ἐπὶ πολὺ ἴψηλοτέρον ή ἐγώ. καταψήσας οὖν μον τὴν κεφαλὴν καὶ ξυμπιέσας τὰς ἐπὶ τῷ αὐχένι τρίχας — εἰώθει γάρ, διπότε τέχοι, παιζειν μον εἰς τὰς τρίχας — etc.

id, si quis dubitet vel suis suspicionibus vel posteriorum scriptorum calumnis<sup>109)</sup> commotus, comprobatur et Platonis<sup>110)</sup> et Xenophontis<sup>111)</sup> testimoniis luculentissime. Formam autem adolescentium et venustatem eum non contempsisse, sed magni fecisse et summopere admiratum esse, id miror cur ab Hermanno in dubitationem vocatum sit<sup>112)</sup>, quam et Plato id tam aperte testetur, ut eius auctoritas negligi nullo modo possit, neque Xenophon, ubi vilipendisse eum formositatem dicit, quidquam nisi id egisse videatur, ut omnem libidinosi amoris suspicionem removeret. Fuit videlicet Socrates amator pulchritudinis, utpote qui in pulchro corpore animum pulchrum intueri consueisset, sed ita ut etiam Theaetetus minime formosos maxime diligeret, utque idem dicere posset: ἀτεχνῶς γάρ λευκὴ στάθμη εἰλι πρὸς τὸν καλούντον γάρ τι μοι πάντες οἱ ἐν τῇ ἡλικίᾳ καλοὶ φαινονται. (Plat. Charm. p. 154. B.). Quamquam autem Socrates castissimus amator fuisse putandus est, tamen sanctissimo viro etiam humani aliquid accidere potuisse, id nescio an ex notissimo illo Charmidis loco colligendum sit p. 155. D.: τόχε δὴ εἰδόντε τὰ ἔντος τοῦ ἴματον καὶ ἐφλεγόμην καὶ οὐκέτ' ἐν ἐμαντοῦ ἦν καὶ ἐνόμισα σοφώτατον εἶναι τὸν Κυδιαν τὰ ἐρωτικά etc., de quo loco haec mihi pro certis sunt, alterum, tam singularibus verbis verum quoddam factum afferri<sup>113)</sup>, alterum non rectam esse Stallbaumii interpretationem, Socratem non tam corporis formosi aspectu, quam animi modesti atque pulcri cogitatione abripi et percelli<sup>114)</sup>). Memini potius Zopyri physiognomonis quidque de Socrate coniectaverit atque teneo, veram virtutem non in extinctorum sensuum callo et torpore, sed in fortitudine ac vigore cerni, quo sensuum stimuli et irritamenta vincantur et opprimantur. — Duplex denique ut Socraticae ironiae, sic amatorii habitus est ratio, una ridicula, seria altera. Ridiculum est, virum vel senem adolescentulos, maxime deformem formosissimos quosque, gravissimum haud raro levissimos assidue circumvolitare, cupidissime sectari, amorem suum iactare et prae se ferre amatoriamque artem profiteri; sed dum ridiculus esse videtur, valde seriam rem et gravem agit

109) De qua re confer Hermann. I. 1. p. 524 cum annot. 600. et Stallb. proll. ad Conv. p. 24.

110) Huc pertinet imprimis narratio illa Aleibiadis (Plat. Conv. p. 217 sq.) tam ad Socratis quam ad Graecorum mores cognoscendos valde memorabilis.

111) Xen. Mem. IV, 1, 2: Πολλάκις γάρ ἔφη μὲν ἀν τινος ἐρῶν, φανερὸς δ' ἦν οὐ τὸν τὰ σώματα πρὸς ὄραν, ἀλλὰ τῶν τὰς ψυχὰς πρὸς ἀρετὴν εὖ πεφυκότων ἐφιέμενος. I, 3, 14: αὐτὸς δὲ πρὸς ταῦτα φανερὸς ἦν οὕτω παρεσκενασμένος, ὡςτε ῥῶν ἀπέχεσθαι τὸν καλλιστῶν καὶ ὠραιοτάτων ή οἱ ἄλλοι τῶν αἰσχίστων καὶ ἀωροτάτων. cf. II, 6, 28.

112) I. 1. p. 523: Was der geschichtliche Socrates hinsichtlich der Liebe gelehrt hatte, hat Xenophon theils anderswo, theils namentlich in seinem Gastmahl so entschieden dargelegt, dass wir mit Sicherheit annehmen können, er habe dieselbe lediglich aus dem psychologisch pädagogischen Gesichtspunkt betrachtet, ohne selbst der Schönheit dabei die Bedeutung beizulegen, die ihm Plato nicht nur im Symposium, sondern auch in so manchen früheren Gesprächen zuschreibt. (Charm. 155. D. Protag. p. 309. A. Menon. p. 76.

113) Steinhart. proll. ad Charm. p. 279: Auch jener Anflug sinnlicher Glut, welcher den Socrates erfasst und ihn einen Augenblick ganz verwirrt macht, als er unter dem Gewand des Charmides seine schönen Körperperformen erblickt, sticht weit ab von der sonstigen keuschen Strenge. Gewiss entbehrt diese den ernsten keuschen Weisen beschleichende Sinnlichkeit nicht der historischen Wahrheit.

114) Proll. ad Charm. p. 87.

Socrates: qui cum ita affectus esset, ut vera suo sibi ingenio invenire non posse putaret nisi adhibito altero et disputatione, alios cupidissime anquirebat, quibuscum ἐξέτασιν suam vel μανετικήν institueret, qua factitanda id posset, quod solus non posse sibi videretur. Itaque studium illud cum aliis, maxime adolescentibus, consuescendi et disputandi acerrimum sui ingenii tanquam explendi continebatur desiderio summoque iure ab ipso appellabatur amor<sup>115)</sup>). Quod cum perspicere non posset, nisi qui penitus cognitum eum habebat, fieri non potuit, quin plerique vetulum hominem in sectandis captandisque adolescentibus occupatissimum ἀτοπον quiddam ducerent.

Sed si amator Socrates admirationis multum habuisse putandus est, quid statuemus de saltatore, citharoedo, versificatore? Ac de saltandi studio eius locus primarius est Xen. Conv. II, 15 sqq., ubi Socrates saltante puero valde delectatus collaudata saltandi arte ad magistrum eius conversus: καὶ ἦγὼ μὲν, inquit, πάνταν ἀνὴρ, ω̄ Συραπόσις, μάθοιμι τὰ σχῆματα παρὰ σοῦ. καὶ δέ, τι οὖν χρήση αὐτοῖς; ἔφη. δρχήσομαι, νὴ Δία. Ἐνταῦθα δὴ ἐγέλασαν ἀπαντεῖς καὶ ὁ Σωκράτης μάλα ἐσπουδακότι τῷ προσώπῳ, γελάτε, ἔφη, ἐπ' ἐμοί; πότερον ἐπὶ τούτῳ, εἰ βούλομαι γρυμαζόμενος μᾶλλον ὑγιαίνειν, η̄ εἰ ἡδιον ἐσθίειν καὶ καθεύδειν, η̄ εἰ — — παντὶ διαπονῶν τῷ σώματι πᾶν ισόρροπον ποιεῖν; aliis deinde commodis saltationis additis pergit: η̄ οὐκ ιστε, ὅτι ἐναγγος ἐωθεν Χαριμίδης οὗτοσὶ κατέλαβε με δρχούμενον; ναὶ μὰ τὸν Δί<sup>2</sup>, ἔφη ὁ Χαριμίδης· καὶ τὸ μέν γε πρότον ἐξεπλάγην καὶ ἐδεισα μὴ μαίνοι, ἐπεὶ δὲ σὺν ἡκουσα δόμοια, οἷς νῦν λέγεις, καὶ αὐτὸς ἐλθὼν οἰκαδε ὠρχούμην μὲν οὐ, — — ἐχειρούμονν δέ<sup>116)</sup>). Rem non addubitandam etiamsi minime ad Romanae gravitatis mensuram modumque revocaverimus<sup>117)</sup>), quamvis bonam eius rationem Socrates reddiderit, quis est qui non perridiculam vocet.

Videamus deinceps de citharoedo. De qua re Plato habet haec Euthyd. p. 272. C.: ἀλλ' ἐγὼ οὐ μόνον φοβοῦμαι, μὴ αὖ διειδος τοῦ ξένοιν περιάψω, ὡςπερ Κόνυφ τῷ Μητροφίον, τῷ κιθαριστῇ, δέ εἰ μὲν διδάσκει ἔτι καὶ νῦν κιθαρίζειν. ὄρωντες οὖν οἱ παῖδες οἱ συμφοιτηταὶ μοι ἐμοῦ τε καταγελῶσι καὶ τὸν Κόνυν καλοῦσι γεροντοδιδάσκαλον. et p. 295. D.: ἀνεμηνῶθην οὖν τὸν Κόνυν, ὅτι μοι κάκεινος χαλεπάίνει ἐκάστοτε, δταν αὐτῷ μὴ ὑπεικω, ἔπειτά

<sup>115)</sup> Cf. Zeller. I. I. p. 49.

<sup>116)</sup> Cf. Plut. d. san. tu. p. 377 (Hutten.): ὡςπερ αὐτῷ Σωκράτει γρυμάσιον η̄ οὐκ ἀηδές η̄ δρχησις. — Diog. Laert. p. 109: ἔτι τε δρχεῖτο συνεχές, τῷ τοῦ σώματος ενεξίᾳ λυσιτελεῖν ἥγοιμενος τὴν τοιαύτην γρυμασιαν. Athen. I, cap. 37, p. 21: Τῆς δὲ Μέμφιδος δρχήσεως ἥρα καὶ Σωκράτης ὁ σοφός etc. Lucian. d. salt. 25: ὁ Σωκράτης — — οὐ μόνον ἐπήνει τὴν δρχηστικὴν, ἀλλὰ καὶ ἐκμαδεῖν αὐτὴν η̄ξιον μέγιστον νέμων εὐρυθμίᾳ καὶ εὔμονσίᾳ καὶ κινήσει ἐμπελεῖ καὶ εὐσχημοσύνῃ τοῦ κυρομένον, καὶ οὐκ ἡδεῖτο γέρων ἀνήρ, ἐν τῶν σπουδαιότατων μαθημάτων καὶ τοῦτο ἥγονμενος εἶναι· καὶ ἐμελλέ γε ἐκεῖνος περὶ δρχηστικὴν οὐ μετρίως σπουδάσεσθαι, διέγε καὶ τὰ μικρὰ οὐκ ὕκνει μανδάνειν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰ διδασκαλεῖα τῶν αὐλητρίδων ἐφοίτα etc.

<sup>117)</sup> Nemo fere saltat sobrius, nisi forte insanit. Cic. p. Mur. 6.

μον ἡττον ἐπιμελεῖται ὡς ἀμαθον̄ δυτος<sup>118)</sup>). Nihilominus discrepant de eo virorum doctorum sententiae. Zellerus l. l. p. 23 pro vero sumit, Hermannus in libello de Socratis magistris et disciplina iuvenili p. 25 sqq., quem vellem inspicere licuisset, in fabulis reponit, Stallbaumio quoque in proll. ad Euthyd. p. 57 sqq.<sup>119)</sup> res aliter videtur interpretanda. Eius autem disputationis potissimae sententiae sunt fere hae. Connus ille musicus fuit admodum mediocris atque paupertate eo redactus, ut instituenda iuventute victimum quaeritaret. Haec ipsa potissimum fuit caussa, cur Socrates eum frequenter visitaret videlicet et quamecumque opportunitatem cum adolescentibus disserendi studiose investigans et fortasse ipsius hominis ingenio allctus, praesertim cum sophistae quoque eius domum frequentarent. Quum autem consuetudinem eius appeteret Socrates, nimirum pro urbanitate sua se simulavit musicam ab eo perdiscere velle, quae erat viri professio irrisio plenissima. Hinc Amipsias in Conno chorum ex φροντισταις composuit. Iam videmur non temere hariolari existimantes Connū cum Socrate ceterisque sophistis ita a poëta in scenam esse inductum, ut ipse vetulus vetulos maximeque Socratem arte musica erudire conaretur, unde omnibus nata est multa argutandi rixandique occasio. Talia fere Stallbaumius. In qua disputatione etsi multa sunt aut parum probabilia aut non satis firmata, tamen refutare ea non huius loci est. Hoc quaero: etiamsi statuamus, Socratem, cum Connī domum frequentaret et adolescentium et sophistarum eo convenientium et ipsius Connī caussa, musicam per Iudibrium simulasse se discere velle, quamquam cur id simularet is, qui in tali adolescentium, sophistarum, hominum singularium commercio et usu quotidiano totus esset neque sane Simonis tabernam frequentans sutrinam se discere velle diceret — sed si fecerit, si simulaverit, si ioco tali nonnumquam usus sit, quomodo fieri potuit, ut ad iocum eiusmodi Amipsias fabulam suam dirigeret atque componeret, ut Connū Socratem reliquosque philosophos arte musica eruditem induceret? Quaero denique quomodo tam artificiosa interpretatio cum Platonis verbis consentiat, quae tam plana manifestaque videntur, ut mibi quidem nullam dubitationem videantur relinquere, quin cum Zellero credendum sit, revera Socratem arte musica a Conno eruditum esse. Id autem miror cur viris doctis offensioni esse potuerit, cum ea res ut admodum singularis communique mori contraria, ita a Socratis ingenio nequaquam esset aliena. Idem vir, qui bonum et honestum<sup>120)</sup>, qui amicitiam<sup>121)</sup>, qui patriae amorem<sup>122)</sup>, qui pulchritudinem ipsam<sup>123)</sup> ad utilitatem retulit, qui utilitate etiam literarum artiumque<sup>124)</sup> modum terminavit, qui ut id quod utile duceret, consequeretur, nihil non fecit

118) Cf. Diog. Laert. p. 109: ἀλλὰ καὶ λυρίζειν ἐμάνθανεν ὅτε καιρός μηδὲν λέγων ἀτοπον εἶναι, ἀ τις μὴ οἴδεν ἐκμανθάνειν. Cic. Cat. Mai. 8, 26. ad Fam. 9, 22, 3. Val. Max. 7. Suid. s. v. Σωκρ.: ἐμάνθανε δὲ καὶ κιθαρίζειν παρὰ Κόρνῳ γέρων ἥδη ὥν· σκωφθείς δὲ τὸ Σόλωνος, Ὁψιμαθῆς, εἶπε, μᾶλλον ἡ ἀμαθῆς.

119) Cf. eund. ad Euthyd. p. 272. C.

120) Xen. Mem. III, 8, 3. 7. IV, 6, 8 sqq.

121) Xen. Mem. II, 4, 5 sqq.

122) Ibid. III, 7, 9. II, 1, 14.

123) Ibid. III, 8, 4 sqq.

124) Ibid. IV, 7.

quam id aetatem speciem gravitatem suam secundum morem hominum vulgarem deceret minime curiosus<sup>125)</sup>), qui ut saltationis commodis frueretur, quamvis senex saltando operam dedit, qui non erubuit tunc, cum interposita cruribus suis arundine cum parvulis filiis ludens ab Alcibiade visus est<sup>126)</sup>), idem quid obstat quin, cum musica perspexisset quanta commoda haberet, medius inter pueros musicae studiosos vel mirantes vel ridentes grandis natu sederit, ut Conno duce eitharam disceret? Enimvero parum profecisse existimandus est.

Huc prope accedit, quod etiam poësis factitandae periculum aliquod fecit non impetu quodam poëtico ductus, sed per providentiam quandam et circumspectionem. Insomnium enim ei iterum iterumque praecipere visum est, ut musicam faceret et exerceret. Socrates autem diu id sibi commendari ratus, quod iam superiore tempore fecisset ὡς φιλοσοφίας οὐσίας μεγίστης μουσικῆς, subito, cum facto de se iudicio supplicium suum intercedente Apollinis festo produceretur, apud se constituit, si forte insomnium hanc vulgarem musicam exercere iuberet, non negligendum esse tale praeceptum. Ἀσφαλέστερον γὰρ εἶναι μὴ ἀπιέγαι πρὸν ἀφοσιώσασθαι ποιήσαντα ποιήματα, πειδόμενον τῷ ἐννπνίῳ, οὐτω δὴ πρῶτον μὲν εἰς τὸν θεὸν ἐποίησα, οὐδὲν δὲ παροῦσα θυσία μετὰ δὲ τὸν θεὸν, ἐννοήσας δὲ τὸν ποιητὴν δέοι, εἰ περ μέλλει ποιητὴς εἶναι, ποιεῖν μάθονς ἀλλ' οὐ λόγους καὶ αἴτιος οὐκ δὲ μυθολογικός, διὰ ταῦτα δὴ, οὓς προχείρους είχον καὶ ἡπιστάμην μάθονς τοὺς Αἰσώπου, τούτων ἐποίησα οἵτις πρώτοις ἐνέτυχον. Quae sunt verba Socratis in Plat. Phaedone p. 61. \*) Hominem sane mirificum ex diversissimis naturis collectum rebusque diversissimis attemperatum, qui dum in tanta rerum cogitationumque sublimitate versatur eaque est animi magnitudine, ex qua in ipso mortis discrimine summa tranquillitas ac serenitas redundet, sollicita quadam superstitione animum invadente religione se exsolvare studeat ita, ut quamvis et mente et lingua ab omni poësi abhorrens hymnum in Apollinis laudem componat et ne quid sibi reliqui faciat, Aesopi quasdam fabulas in versus redigat. Quem ut et in saltando et in eitharizando et in fingendis versibus parum praestitisse recte conieceris, eundem his quoque rebus ἀτοπάτατον visum esse hominibus iure existimabis.

Venio nunc ad tolerantiam illam et corporis et animi patientissimam, quae tanta fuit, ut, cum ceterorum hominum consuetudini longe antecelleret, et ipsa admirabile quiddam haberetur. Hinc Amipsias ap. Diog. Laert. παρτερικόν (κακὰ πόλλα ἀνέχει, Arist. Nub. 326.), Seneca (epist. 104, 26.)<sup>127)</sup> perpessitum senem eum appellat. Admirabile autem id videri non potuit, nisi quod tam varium fuit et multiplex, ut quem natura iam corpore robustum durumque, animo for-

125) Zeller. I. I. p. 23: in den Reden und dem Benehmen des Socrates lässt sich eine gewisse Verstandespannerie und eine ungriechische Gleichgültigkeit gegen die sinnliche Schönheit der Form nicht verkennen,

126) Val. Max. VIII, 8.

\*) Legimus ap. Diog. Laert. p. 116 et paeanis exordium:

Δῆλι Ἀπολλον χαῖρε καὶ Ἀρτεμι, παῖδες κλειγό — et fabulae Aesopicae:  
Αἰσώπος ποτ' ἔλεξε Κορίνθιον ἀστυν νέμονται,  
Μὴ κρίνειν ἀρετὴν λαοδίκῳ σοφίᾳ.

127) Cf. epist. 53, 6. d. ira II, 6.

tem et constantem fixerat, cum exercitatione ac disciplina tanquam specimen quoddam patientiae tolerantiaeque factum esse appareret. Ita quod natura cum multis commune, id voluntate hominis factum erat singulare. Ac corporis patientiam testatur Xenophon his verbis (Mem. I, 2, 1.): πρῶτον μὲν ἀφροδισίον καὶ γαστρὸς πάντων ἀνθρώπων ἐγκρατέστατος ἦν εἶτα πρὸς χειμῶνα καὶ θέρος καὶ πάντας πόνους παρτεριώτατος. Jam ut tenuissimo victu contentus fuerit, ut ambulando pulmentaria sibi quaeasierit<sup>128)</sup>, ut famem sitimque perferre idemque occasione data largiter frui salva valetudine potuerit neque umquam ab ullo homine, quamquam, si res ita ferret, omnes bibendo longe vincebat, ebrius sit visus<sup>129)</sup>, ut discalceatus scissilique palliastro indutus per aestatem et hiemem et caloris et frigoris fuerit patientissimus<sup>130)</sup>, pleni sunt testimoniorum veteres scriptores; quid autem stando per diem noctemque valuerit, iam tetigimus supra p. 25. — Nec sane minore fuit animi constantia et aequabilitate, cuius idem semper vultus, eadem frons fuisse, quem nemo unquam ira dolore aegritudine perturbatum, nemo cupiditate gestientem vel laetitia exsultantem vidisse dicatur. Sed ea res cum non solum Atheniensium, sed universae antiquitatis admirationem excitaverit, in antiquorum scriptorum libris tam decantata ac paene contrita est, ut eam tetigisse et in annotatione testimoniiis nonnullis instruxisse sufficiat<sup>131)</sup>.

<sup>128)</sup> Xen. Mem. I, 3, 5: οὗτοι γάρ εὐτελῆς ἦν, ὅστε οὐκ οἶδεν εἰ τις οὕτως ἀν δλίγα ἐργάζοντο, φέτε μὴ λαμβάνειν τὰ Σωκράτει ἀρκοῦντα σίτω μὲν γάρ τοσούτῳ ἐχρήστο, ὅσον ἡδεώς ησθίει καὶ ἐπὶ τούτῳ οὕτω παρεσκενασμένος ἦται, φέτε τὴν ἐπιδυμίαν τοῦ σίτου ὅψον αὐτῷ είναι· ποτὸν δὲ πάντας ἥδη ἦν αὐτῷ διὰ τὸ μὴ πίνειν, εἰ μὴ διψόη. cf. ibid. I, 5, 6. Stob. serm. XCV, p. 519: Σωκράτης Ἀρχελάου μεταπεμπομένον αὐτὸν ὡς ποιήσοντος πλούτιον ἐκέλευσεν ἀπαγγεῖλαι αὐτῷ διὰ τι 'Αθήνησι τέσσαρές εἰσιν χοίνικες τῶν ἀλφίτων δύολον ὄντοι, καὶ κρῆναι ἔδατος ἕρουσιν; cf. Plut. d. tranq. an. 10. Cic. Tusc. V, 97: Socratem ferunt, quum usque ad vesperum contentius ambularet quae situmque esset ex eo, quare id faceret, respondisse, se quo melius coenaret, oponare ambulando famem.

<sup>129)</sup> Plat. Conv. p. 220. A.: ὅπόταν γοῦν ἀναγκασθείμεν ἀποληφθέντες πον, οἷα δὴ ἐπὶ στρατειᾶς, ἀστεῖν, οὐδὲν ἵσαν οἱ ἄλλοι πρὸς τὸ καρτερεῖν. ἐν τῷ αὐτῷ ταῖς εὐωχίαις μόνος ἀπολαύειν οἶσι τὸ ἦν, τὰ τῷ ἄλλα καὶ πίνειν οὐκ ἐδέλσιν, ὅπότε ἀναγκασθεῖη, πάντας ἐκράτει, καὶ δὲ πάντων θαυμαστότατον, Σωκράτη μεδόντα οὐδεὶς πάποτε ἐωράκει ἀνθρώπων. In primis hoc pertinet Conv. p. 223 fin., ubi Socrates postquam omnes Agathonis convivas bibendo superavit, postremos Aristophanem et Agathonem ipsum, tota nocte disserendo bibendoque consumta prima luce, uti consuevit, in Lyceum abisse ibique lotus per totum diem exercitationibus narratur operam dedisse.

<sup>130)</sup> V. supra p. 12 not. 49. Ad hunc locum universum referendi sunt etiam versus Aristophanei Nub. 414 sq.: εἰ μηδιῶν εἴ καὶ φροντιστής καὶ τὸ ταλαιπωρον ἔνεστιν ἐν τῇ ψυχῇ καὶ μὴ κάμνεις μῆδ' ἐστὼς μήτε βαδίζων, μήτε ρίγον ἄχθει λιαν, μήτ' ἀριστᾶν ἐπιθυμεῖς etc.

<sup>131)</sup> De eius aequabilitate animi universa cf. Cic. d. off. I, 26. Tusc. III, 15. Senec. epist. 104. Plin. lib. VII, c. 18. Aelian. V. H. IX, 7. De eiusdem animi tranquillitate, cum ab Aristophane in scena traduceretur omniumque oculi in ipso haerent cf. Ael. V. H. II, 13. IV, 8. Senec. d. const. sap. 10. Stob. serm. p. 168., cum aspere et ignominiose a Xanthippa tractaretur vid. Diog. Laert. p. 112 (historiolas, quae de Xanthippa ferebantur, collectas habes a Menagio ad h. l.), Senec. d. const. sap. 1. I. Suid. s. v. Τροχιλέας., cum ab adolescente conviciis et iniuriis peteretur V. Plut. d. lib. ed. 14, cum ei de filii morte allatum esset V. Stob. serm. p. 570. Omnium autem praeclarissima constantiae et aequabilitatis Socraticae monumenta reliquit Plato in Apologia et in Phaedone.

Jam vero circumspicienti mibi, quid reliquum sit, quod in atoporum Socratis numero referatur, unum restare videtur daemonium, quod haud scio an omnium fuerit ἀτοπώτατον. Maxime singulare enim merito dixeris, cuius naturam neque ipse Socrates neque vel Plato vel Xenophon perspexerit, quod aequalibus eius tam novum visum sit, ut eum tanquam novos deos introducturum vel impietatis postularent, quod tam memorabile ab eruditis antiquitatis hominibus habitum sit, ut plures libros de eo commentati sint<sup>132)</sup>, in quo denique explicando etiam recentioris aetatis quamvis multi, quorum talium rerum iudicium est, alii alia statuerint. Hodie tandem, postquam Schleiermacherus rectiore iudicium viam ingressus est, res multisfariam tractata eo perducta est, ut daemonium Socraticum neque pro genio quodam peculiari ab animo superstitione vel alucinatore credito, neque pro conscientiae quadam forma habeamus neque quidquam aliud esse possumus, nisi sensus communis quoddam iudicium plurimarum rerum usu prudentiaque exercitatum atque acutum, quo quid sibi naturaeque suae vel amicis quoque suis sive conduceret sive obesset doceri sibi videretur, quemadmodum Hermannus dicit I. l. p. 236: „die innere Stimme des individuellen Tactes, der dem treuen und anhaltenden Beobachter der Welt und des Menschenlebens am Ende gleichsam zum unwillkürlichen Bestimmungsgrunde wird.“<sup>133)</sup> Eo puto revocandos esse omnes et Platonis et Xenophontis locos, in quibus mentio iniicitur daemonii, nisi forte Theagem exceperis, cuius scriptor quae de daemonii vi commentus est, ut minus cum iis, quae exposui, consentientia nos moverent, si eum Platonem esse possemus credere lecta Hermanni disputatione, quam supra attigimus. Itaque quod ceteri ab oraculis atque vaticiniis petebant, id Socrates in se ipso habebat repositum ita tamen, ut id voci cuidam divinae tribuendum esse existimaret. Quae si vera sunt, rectissime eum de aliis rebus tum de daemonio Socratis commentatus est Zellerus, minus autem recte et, si quid video, iis, quae ipse disseruit, parum accomodate idem daemonium dixit vim quandam ingenii cum impetu prorumpentem et p. 24<sup>134)</sup> et p. 22<sup>135)</sup>, ubi de atopis universis exposuit. Id sane vaticinantis per furorem quendam et divinitus praesagientis esse iure diceretur, daemonium autem Socratis magnam partem in levibus tantum rebus occupatum cum quotidianaे vitae parvos casus et discrimina dirimat<sup>136)</sup>, in sobria magis prudentia, quam in effervescentis ingenii impetu ac furore cernitur.

Iam finem commentatiunculae meae impositurus facere non possum, quin unam rem in memoriam revocem, quam etsi iam commemoravi, tamen velim qui has schedas percurrant ut

132) Plutarchus et Apuleius.

133) Cf. praeter Hegelium I. l. ante omnia quae de ea re prudenter et clare exposuit Zeller. I. l. p. 25 sqq. cf. Hermann. I. l. p. 598. not. 248. p. 323. not. 292. Parum recte Gerlach. stud. hist. I, p. 115. cf. etiam quae commentatus est Bornemann. ad Xen. Mem. I, 1, 2.

134) Wir sehen auch anderseits wieder den aus der äussern Erscheinung zurückgezogenen und in der Tiefe seines Innern arbeitenden Geist des Philosophen in plötzlichen die Stetigkeit und Klarheit des Bewusstseins zerreissenden Stössen hervorbrechen.

135) Als ein gewaltsames Hervorbrechen des Geistes — als die unmittelbare Offenbarung eines höhern Lebens, dessen Hervorquellen aus seinem Innern Socrates selbst nur als etwas Dämonisches zu betrachten wusste.

136) Cf. Hegel. I. l. p. 106.

etiam atque etiam apud animum reputent, nonnulla me in atopis posuisse, quae cum aliorum quoque hominum propria fuerint, recte dubitare quis videatur, utrum re vera habenda sint in atopis necne. Multi fuerunt discendi cupidi, multi et corporis et animi patientia praediti, quid? cur talia in Socratis recensentur atopis? Quia in Socrate tam tota, tam omnibus numeris absolute, tam totum hominem quasi perspondentia habebantur, ut nova hominibus et singularia et sua esse propriamque vim et naturam viri quasi nota et formula quadam aperire ac desipire viderentur. — Iam vero breviter complectere animo, quae hoc πολυθρητῶν syntagmate percursa sunt: ecce vir quanta pulchritudine animi, tanta oris deformitate insignis, inculo corpore et habitu, supercilioso quodam fastu per vias incedens, quanto discendi ardore per totum diem feratur, ut ne urbem quidem relinquat, nisi coactus, vide ut amore quodam perpetuo deperditus formosos adolescentes circumvollet quantoque disputandi quasi pruritu actus cum quibuscunque sermones serat disputandique vehementia abreptus haud raro digitos iactet et crines vellat (Diog. Laert. p. 102), vide ut homines sermonibus suis deleniat et percellat, quanta mentis acie praestringat, ut ironia sua perturbet, ut obstetriciis interrogatiuncularum instrumentis et vilissimorum rerum apparatu petat et quanta quam curta supellectile perficiat, vide quanto stupore homines afficiat, cum modo diem noctemque eodem loco stantem inque meditatione defixum, modo domi suae tripudiis saltatoriis occupatum, modo in puerorum subselliis citharam discentem deprehendant, vide ut corpore tam duratus, animo tam subactus sit, ut adversus tempestates necessariosque vitae usus perinde atque humanorum casuum vicissitudines callo quodam videatur obductus, vide denique, quomodo in vita quotidiana duce comiteque utatur, daemonio suo, Graecis prorsus novo et inaudito, vide haec, inquam: confitebere virum prope divinum philosophiaeque moralis parentem sane θαυμαστὴν κεφαλήν ac re vera ἀτοπώτατον fuisse.